PRISCAE LATINITATIS SCRIPTORES QUA RATIONE LOCA SIGNIFICAVERINT NON USI PRAEPOSITIONIBUS.

COMMENTATIO PHILOLOGA QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS IN ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE REGIA MONASTERIENSI AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CONSEQUENDOS SCRIPSIT

JOSEPH HECKMANN
FRECKENHORSTENSIS.

MONASTERII GUESTF.
EX OFFICINA SOCIET. TYPOGRAPH. GUESTF.
MDCCCCIV.

DEKAN UND REFERENT

PROF. DR. SONNENBURG.

PATRIS DILECTI MANIBUS

MATRI PIAE

S.

Conspectus rerum.

Pars prior.

Prisci scriptores quas locorum rationes significaverint praepositione non adhibita, quibus formis hanc ad rem sint usi, quatenus una eademque forma ad varias rationes significandas.

Pars altera.

Formarum quibus locorum rationes Latine significantur duo esse genera primo obtutu cognoscitur; etenim aut ad nomen sive adverbium praepositio additur, aut nudum sive adverbium sive casus ponitur. Jam si quaesiveris, quae intercedat ratio inter ista duo formarum genera atque res significatas, facile invenies multas quidem esse rationes, quae nisi praepositione adhibita significari non possint, vix vero ullam, ad quam indicandam praepositio utique sit omittenda. Rem exemplis illustrabimus. Cum dicitur 'ante portam, intra muros, contra me' rationes habes, quas quomodo nomine vel adverbio nudo possis indicare, non video, verum cum dicitur „Romae habitat, hic iacet" in his quidem praepositio omittitur, sed cum pro nomine Romae dicis urbem, atque pro adverbio „hic" hanc regionem, iam praepositione est opus atque dicendum „in urbe habitat, in hac regione iacet". Tamen ratio loci ipsa est eadem, nihil nisi nomen mutatur. Quae cum ita sint, nos hanc quaestionem ita circumscribere voluimus, ut de illis solum rationibus ageremus, quae significantur et praepositione non addita et addita, exploraturi primum quaenam locorum rationes ita possint indicari, deinde quibus legibus eaedem praepositione addita, quibus non addita significentur.

Priore parte quamquam formae multo minus nobis sunt respiciendae quam cogitationes quae subsunt formis, tamen illae non prorsus sunt negligendae. Atque quoniam ut cogitationum, ita formarum plura genera esse est consentaneum, hic ut in omni syntaxi est exponendum, quae intercedat ratio inter formas atque cogitationes, quatenus formarum genera cogitationum generibus congruant, sive quatenus una eademque forma plures locorum rationes indicentur. Itaque parte priore est exponendum: 'Quaenam locorum rationes Latine possint significari praepositione non adhibita, quae formae ad hanc rem sint praesto, quatenus una eademque forma variae rationes significentur'.

Altera parte qua lege illae rationes praepositione aut addita aut omissa significentur, praecipue pendere invenitur ex genere atque adeo ex vi singulari nominum. Etenim maxime differunt adverbia a nominibus, atque quaedam nominum genera, velut urbium, ab aliis. Inscripsimus igitur hanc partem:

'Quae adverbia atque quae nomina praepositione non adiecta in monumentis priscae Latinitatis ita scripta sint, ut locorum rationes significentur.'

Apparet autem non satis fuisse formas in quibus praepositio est omissa, simpliciter enumerare, sed ad rem clarius illustrandam etiam ea in quibus praepositio est addita aliquo modo fuisse arcessenda.

Ita autem rem agere placuit, ut de iis tantum diceretur, quibus re vera subiecta videretur cogitatio de loco aliquo, seclusis omnibus quae sunt de tempore atque modo. Varias eorundem casuum adverbiorumque formas tantum tractare constitui quantum ad rem quae significaretur illustrandam opus esse videretur. Hac autem re constituta de quibusdam quae spectant ad formam uberius mihi disserendum, alia leviter tangenda, multa silentio praetermittenda fuisse intelligitur. Spectat igitur disputatio praecipue ad syntaxin Latinae linguae, neque in singulis coniecturas virorum doctorum magis curavi quam ad leges grammaticae accuratius definiendas conducere putabam.

Atque eos scriptores tantum in priscis duxi, qui ante annum 75 a. Ch. n. aut omnia aut pleraque scripta iuris publici fecerunt, secutus in hac re Bellium: De locativi in prisca Latinitate vi et usu pg. 2.

In locis afferendis sequor editiones has: T. Macci Plauti com. ex rec. G. Goetz et Fr. Schoell, Lips. 1893 sqq. (Editio minor); — P. Terentii comoediae. ed. Fr. Umpfenbach, Berol. 1870. — Scaenicae poeseos Romanorum fragmenta, ed. O. Ribbeck. Lips. 1897 (ed. minor); — Fragmenta poetarum Romanorum collegit et emendavit Aem. Baehrens, Lips. 1886, CJL I ed. Th. Mommsen. — M. Porci Catonis De agricultura liber. Recognovit H. Keil, Lips. 1895 (ed. minor, numeris indicantur paginae et versus). — M. Catonis praeter librum de re rustica quae exstant ed. Henr. Jordan, Lips. 1860. (Numeris indicatur paginarum et versuum ordo.) — Veterum historicorum

Romanorum relliquiae. Disp. rec. praef. H. Peter, Lips. 1870. (Numeris indicantur fragmenta). Oratorum Romanorum fragmenta collegit et illustravit Henr. Meyerus, Turici 1832. (Numeris indicantur paginae.) — Fontes iuris Romani antiqui, ed. C. G. Bruns, Tubingae 1879. — Iurisprudentiae antehadrianae fragmenta. ed. Bremer Lipsiae 1896.

Libri qui sunt de hac quaestione innotuerunt atque in manus meas pervenerunt hi: Handii Tursellinus 1829—45. — Holtze: Syntaxis priscorum scriptorum Latinorum usque ad Terentium, Lips. 1861. — Buecheler: Grundriss der lateinischen Deklination, Lipsiae 1866. Delbrück: Ablativus, Lokalis, Instrumentalis im Indischen, Griechischen, Lateinischen und Deutschen, Berol. 1867. — Ritschl: Opuscula philologica, Lips. 1867. — Ribbeck: Zur Lehre von den lateinischen Partikeln. Lips. 1869. — Bergk: Beiträge zur lateinischen Grammatik, Halis 1870. — Wagener: De locativi Latini usu. Diss. phil. Jenae 1870. — Schröter: Der Dativ zur Bezeichnung der Richtung in der lateinischen Dichtersprache. Diss. phil. Jenensis, Sagan 1873. — Nipperdey: Specilegium criticum in Cornelium Nepotem (in 'Opusculis', Berolinae 1877). — Ruge: De ablativi in veteribus linguis Italicis forma atque usu. Diss. phil. Lips. 1877. — Kuehner: Grammatik der lateinischen Sprache. Hannoverae 1877. — Draeger: Historische Syntax der lateinischen Sprache. Lips. 1878. — Hahn: De verborum cum praepositione compositorum structura. Diss. phil. Halis 1878. — Reisig-Haase: Vorlesungen über latein. Sprachwissenschaft, Berolinae 1880/81. — P. Langen: Beiträge zur Kritik des Plautus. Lips. 1880. — Ulrich: De verborum compositorum quae exstant apud Plautum structura. Halis 1880. — Koenig: Quaestiones Plautinae, Patschkaviae 1882. — Goerbig: Nominum quibus loca significantur usus Plautinus exponitur et cum Terentiano comparatur. Diss. phil. Halis 1883. — Ebrard: De ablativi locativi instrumentalis apud priscos scriptores Latinos usu; ann. phil. supplem. X. — J. Bach: De attractione quae dicitur inversa, Argentorati 1888. — Bach: De usu pronominum apud priscos scriptores Latinos. Studia Studemundii. II. 144—415. Berolinae 1891. — A. Bell: De locativi in prisca Latinitate vi et usu; Vratislaviae 1889. — Fr. Neue(-Wagner): Formenlehre der lateinischen Sprache, Bero-

linae 1892 sqq. — Zieler: Beiträge zur Geschichte des lateinischen Ablatives; Lips. 1892. — W. M. Lindsay: The Latin Language, Oxoniae 1894. — Abraham: Studia Plautina, ann. phil. suppl. XIV. — Keller: Studien zur lateinischen Sprachgeschichte. 2. Teil: Grammatische Aufsätze. Lips. 1895. Sommer: Handbuch der lateinischen Laut- und Formenlehre. Heidelbergae 1901. — Linskott: Certain functions of the locative, Proceedings of the Am. Phil. Assoc. XXIX pg. LX sqq. — Audouin: De la déclinaison dans les langues Indo-européennes. Lutetiae Paris. 1898. Brugmann: Grundriss der vergleichenden Grammatik der indogermanischen Sprachen. 3. Teil: Syntax von Delbrück. — Pradel: De praepositionum in prisca Latinitate vi et usu. Annal. phil. suppl. XXVII. — Thesaurus linguae Latinae. — G. Lodge: Lexicon Plautinum. Lips. 1902 sqq. — Wedding: De vocalibus productis Latinas voces terminantibus. Berzenbergers Beiträge XXVII pg. 1 sqq. 1902. — Stolz-Schmalz: Grammatik der lateinischen Sprache. Monachii 1900. — Archiv für lateinische Lexicographie. Band I—XIII.

Litteram π uncis inclusam (π) singulis adscripsi quo indicarem me omnes locos afferre voluisse.

Pars I.

Prisci scriptores quas locorum rationes significaverint praepositione non adhibita, quibus formis hanc ad rem sint usi, quatenus una eademque forma ad varias rationes significandas.

Duae nobis patent viae, quarum alteram utram iuste si erimus permensi quae debemus hac parte praestiterimus. Possumus aut formas enumerando deinceps enarrare, quas locorum rationes singulis significaverint scriptores, aut rationes deinceps percensendo in singulis docere, quae formae ut illae indicarentur praesto fuerint. Sequemur vero viam mediam quandam ut quae ad usum sit magis accomodata. Clarius quomodo res apte videatur instituenda his intellegitur.

Omnem loci rationem ad unum ex tribus generibus licet referre, quorum primum efficitur iis quibus respondetur interroganti ubi?, alterum interroganti unde?, tertium interroganti quo?

Formae quibus locorum rationes significantur praepositione non addita, maximam partem ad certum nominis alicuius casum possunt referri. Atque hoc cadit non solum in nomina ipsa sed etiam in adverbia, quippe quae a nomimum casibus esse profecta sit verisimillimum. Casuum autem linguae Latinae nobis tres sunt respiciendi: locativus, ablativus, accusativus. Ac primitus et praecipue casu locativo significari alicubi aliquid esse vel fieri, casui ablativo subesse cogitationem movendi alicunde, casui accusativo movendi in aliquem locum viri docti consentire videntur. Sed suboritur quaestio, num omnes loci rationes quibus respondetur interroganti ubi? unde? quo? illis casibus nudis licuerit significare. Qua de re quo facilius atque brevius possit disputari infra distinguemus inter locativum loci et casum locativum, atque locativum loci dicemus, ubicumque cogitare licet ubi? casum autem locativum omnes formas quibus Indogermanice aut Latine primitus responderi interroganti ubi? est verisimile. Eodem modo

distinguendum est inter ablativum loci et casum ablativum, inter accusativum loci et casum accusativum. Neque vero omnem quem ita dico locativum loci, sed certum quoddam genus casu locativo significari facile cognoscitur. Nam cum dicitur 'Romae habitat', sane ubi fiat actio habitandi indicari et potest et debet casu locativo atque illo quidem nudo. Sed cum feceris: 'ante Romam habitat' quamquam etiam hic habemus locativum loci, idem non iam fit. Causa est haec: Cum dicitur: 'Romae habitat', locus ubi fit actio habitandi indicatur loco ubi est sita urbs Roma, atque ratio est haec ut simpliciter dicatur ubi sit Roma, ibidem habitari. Cum vero habemus: 'ante Romam habitat', res est alia. Neque enim aliquis habitare dicitur ibidem, ubi est Roma, sed inter locum ubi habitatur et urbem Romam certa intercedit ratio ad quam significandam praepositione est opus.

Atque ut videbatur verisimile ita exemplis omnibus perlustratis id mihi est persuasum, casibus illis nudis atque adverbiis actionem, quae verbo indicetur, simpliciter referri ad eum locum qui nominis casibus locativo ablativo accusativo vel adverbio dicatur, neque loci rationem ullo modo definiri nisi vi propria nominis vel adverbii ipsius, ita tamen, ut hoc unum sit excipiendum. Certa enim loci ratio in linguis quibusdam Indogermanicis indicatur casu instrumentali, atque illi propriam esse vim comitandi docent, qui linguis student comparandis. Itaque cum loco significando est, pertinet quodammodo ad locativum loci et notione affinis est casui locativo, verum ratio loci accuratius definitur atque vis locativa quodammodo augetur. Indicatur enim aut rem alteram cum altera arte esse coniunctam aut aliquid esse vel fieri in omnibus aut aliquot alicuius rei partibus sive aliquid extendi per aliquod spatium. Cui rei est conferendum quod casu instrumentali significatur qua via quid moveatur. Nullum autem casus instrumentalis in lingua Latina vestigium quod attinet ad formam est servatum, sed vicibus eius fungitur casus ablativus atque ille quidem nudus, quod si fit, non simpliciter actionem verbi ad locum qui nomine dicitur referri, sed rationem loci ita ut exposuimus accuratius definiri patet. Alioquin cum ratio praeter vim propriam nominis ipsius ita est definienda, omnino praepositione adhibita est opus velut cum dicitur 'ante

Romam habitat, intra urbem venit, a Gergovia discessit'. Sed haec nobis licet missa facere, quoniam de iis solum dicturi sumus rationibus, quae praepositione non addita indicare licet.

Dicemus igitur primo loco de casu locativo, deinde de casu ablativo, tum de casu accusativo, atque ad singulos casus etiam ea loci adverbia referemus, quae eandem vim atque certum quendam casum primitus habuisse est verisimile. De illis autem adverbiis, quae neque propter vim neque propter formam ad certum casum apte referuntur, quarto capite exponemus.

In singulis capitibus primum breviter formarum genera enumerabimus, deinde de notione disputabimus. Atque quae intercedat ratio inter locum ad quem actio cogitatione refertur eumque locum qui sive nomine sive adverbio dicatur, quoniam iam satis est disputatum, et praeterea indicatum eam nobis videri vim propriam atque genuinam casus locativi, ut simpliciter ubi quid sit vel fiat dicatur, eam casus ablativi ut subsit simplex cogitatio movendi alicunde, eam casus accusativi ut subsit simplex cogitatio movendi aliquo, haec infra non iam curabimus sed id potius spectabimus quibus legibus vim formae habeant genuinam, quibus ab usu genuino alienam.

Quod ut clarius cognosceretur conducere putavi antea usum locativi, ablativi, accusativi loci illustrare. Ita discemus quibus cum verbis singulae cogitationes coeant atque id scire oportet, quia saepe aliter Romani cogitant, aliter nos. Praeterea inveniemus etiam praeter rationem quae est inter locum ad quem actio verbi refertur atque locum qui nomine dicitur, quaedam significatus genera posse distingui aut prae ceteris esse insignia. Neque vero de omnibus his generibus dicendum nobis videbatur, neque curandum, ut quae agerentur, accuratissime inter se essent divisa ac disiuncta, immo quaedam praeter cetera usu insignia atque praecipue quibus quae cogitatio subesset, non primo obtutn cognosceretur, ea illustrare maxime consilii erat nostri.

I. Qua ratione locativus ablativus accusativus loci adhibeantur explanatur.

A. De locativo loci.

Locativo loci indicatur alicubi aliquid esse vel fieri, praecipue in verbis quibus significatio motus non inest. Sed etiam cum huius generis verbis, ut significetur actione verbi effecta rem aliquam locum mutasse aut id peti, locativus iungitur:

1. si quis non vult significare rem ex uno loco in alterum transferri, sed ubi actio quae verbo indicatur, fiat. Itaque invenimus cum locativo verba haec: pono: As. 657 hic pone, Pers. 759, Trin. 145, Ad. 333, Phorm. 16, Trag. inc. inc. 204, Tog. Tit. 60; Naev. bell. Poen. 3 sacra in mensa ponuntur, Cato orig. 83, Cato Jord. 73 (14), RR 18 (5), 31 (8), 35 (16), 42 (2). — compono: Cat. RR 50 (2) componitur in qualo, 51 (27) — appono: Calp. Pis. 27 eam in limine apposuit; Cas. 362; Most. 308, Rud. 471; Truc. 478; Vid. 97; Andr. 762. — expono: Coel. Ant. 12 ubi exercitum exponat. — loco: CJL I 1007 locat sub terra; Corn. Sis. 22 propter mare collocat in litore; As. 657, Ep. 531, Pers. 8, Eun. 593, Heaut. 689, 695. — statuo: Orat. African. (pg. 101) in his regionibus murum statuere aiebat; — destituo: Rud. 822 destituit signa hic senex; Orat. C. Gracchus (pg. 123) palus destitutus est in foro; — fundo: Ad. 769 tu verba fundis hic sapientia; — dispergo: Ad. 782. tibi cerebrum dispergam hic; — inicio: Aul. 197. ubi manum iniecit benigne ibi onerat aliquam zamiam. — Fortasse tamen in his tribus adverbia habent sensum temporis, ut Phorm. 1025 Quid mi hic adfers. — confluo: CJL I 199 ubi confluont; — ago: CJL I 206 (26) in urbe ducantur agantur. — inmitto: CJL I 202 (15) inmittere prata in agro; — edo: Trag. Acc. 574 tonsillas litore in lecto edite. — implico: Tog. Afran. 19. in parte inferiore hic implicabatur caput; — adfigo: Trin. 1040 ubi malos mores adfigi multo fuerat aequius; — offigo: Truc. 614 ego te hic offigam. — consido: Trin. 299 in pectore consident; Lucil. 304 hic ubi consessum. Traditum: concessum. Orat. Memm. L. F. (177). — assido: Stich. 92. asside hic non sedeo istic; Aul. 606; Curc. 310; Rud. 687; Pall. Turp. 125. —

abstrudo: Aul. 577 alicubi abstrudam foris (sc. aulam); 582, 617, 663, 673, 679, 707; Rud. 1185; atque adeo Rud. 1007: iam in cerebro colaphos abstrudam tuo; — occulto: Pall. Caec. Stat. 142 aerumnam occultare foris; trad. 'fere'; — scribo: Bach. 729 scribito istic, 787, 989 b; — inscribo: Tog. Afran. 416 inscribat aliquis arse verse in ostio; — perscribo: Truc. 782 ubi perscribantur; — adsisto: Ad. 169 hic adsiste; — obsisto: Mil. 333 hic obsistam; — accumbo: Pers. 767 accumbe in summo; Stich. 488, 695, 752; — defodio: Most. 482 hic ibidem in aedibus defodit; — ecfodio: Amph. fragm. VI ibi scrobes ecfodito; — infodio: Cat. RR 35 (14) ibidem inarato aut infodito; traho: Trin. 203, 412 ibidem una traho; — pango: Trag. Pac. 219 tonsillam pegi lecto in litore; — includo: CJL I 205 A I includei in eo iudicio; similia saepius. — infero: CJL I 1027 in hoc monumento neminem inferri neque condi licet. 'Ed. praet.' Bruns. 171 (14) in id sepulcrum in quo ius non fuerit illata esse dicuntur; — condo: Cat. RR 18 (7) sorba in sapa condere; 20 (11) ubi condat. — abscondo: Pall. Caec. Stat. 40 nam hic in tenebris intus sese abscondidit; CJL I 1027. — devortor: Mil. 134 in proximo hic devortitur 240; — accipio: Cist. 675 accipe hic ante aedes cistellam; Bach. 104; Stich. 704; Truc. 698; Pseud. 1253; — recipio: Andr. 223 ibi tum hanc Chrysidis patrem recepisse. Stich. 685. — emo: Tog. Afran. 230 in Gallia ambos cum emerem; Cat. RR 28 (22) emptus in Suessano; 29 (5); Curc. 433, Capt. 27, Most. 659, Poen. 896, 1058. Nusquam homo vendidisse dicitur. — sumo: Aul. 674 ibi sumam locum; — redimo: Capt. 366 meum ut illic redimat filium; — quaero: Cist. 502 alibi quaere (i. e. alium adi hominem); — Curc. 417; Epid. 197; 678; Ad. 359 ubi quaeram, Andr. 342. Locativus postulatur Rud. 16. quis hic quaerit malum. — conquaero: CJL I 198 (35) conquaeri in terra Italia; — requiro: As. 267 ubi requiram; — perdo: Amph. 456 ubi ego formam perdidi. Mil. 429. — capio: Trin. 724 et capturum spolia ibi (conf. v. 272); — peto: Trin. 814, adferre non petere hic se dicet; ita in edit. min. cum codd.; Fleckeisen, Leo non recte: hinc; Trag. Acc. 434 paratus sum ubivis pestem petere permiti; — exigo: Bach. 223 qui aurum hic exigit; — apiscor: Phorm. 406. licet hic bis iudicium apiscier; — reperio:

Phorm. 727 ubi illas nunc reperire possim cogito; Aul. 821 — invenio: Ad. 568 ubi illam inveniam cogito; Phorm. 747; — orior: Rud. 613 quid hic clamoris oritur in Veneris fano; — nascor: Pers. 148 ubi se natam praedicet; 596, 630. — gigno: Trin. 934 ubi tus gignitur; conf. 530 illic redit (de fructu); — audio: Phorm. 869 hic audivi; Merc. 940. — scio: Heaut. 279 hic sciri potuit aut nusquam alibi; AE hic, ceteri hinc. — exordior: As. 115 pergam quo coepi atque ibi consilia exordiar; — suspendo: Atell. Nov. 76 prius in capulo quam hic in curuli sella suspendes nates; Cat. RR. 48 (1) in prelo suspendito; — verba sonandi: Pers. 404 ibi concrepuit foris; Rud. 206; Trin. 43; — do: Pers. 613 tibi ibidem das ubi tu amicum adiuvas (= in eadem re); Cas. 709 soleas tibi dabo et anulum in digito aureum; CJL. I 198 (51) in manu palam dato; (54) in manu transdito. — Aliter Epid. 640.

2. si quis vult indicare ubi quid actione perfecta versetur.

As. 156 fixus hic apud nos est animus tuos; Aul. 63 aurum ubist absconditum; Bach. 1145 agnos conclusos istic esse aiunt; 312 qui in eapse aede Dianai conditust; Curc. 102 nam ubi tu profusu's ibi ego me pervelim sepultam; Rud. 546 vidulus ubi aurum omne compactum fuit; 72 in saxo sedent eiecti; 1144 hic vos conclusos gero; Most. 738 quaene subducta erat tuto in terra; Ps. 575 meo in pectore conditiunst consilium; 941 omnia in pectora condita sunt; Trin. 965 numeratum illius in mensa manu; Phorm. 321 consilia in corde instructa sunt; 744 conclusam hic habeo uxorem saevam; Trag. Pac. 64. suspensum in laevo brachio ostendo ungulum; Tog. Afran. 130 habere puerum depositum foris; Enn. ann. 231 fixus in pectore; Orat. Gracch. (pg. 127) inclusos in carcere; conf. Pomp. comment. in libr. Donati pag. 532; Cat. Jord. 64 (1) cum essem in provincia legatus; R R 73 (23) quae in fundo inlata erunt. — Vides verba haec omnia posita esse temporis perfecti forma. Verum fuerunt qui docerent in verbis quibus aliquem in locum aliquid mitti significaretur, etiam locativum adhiberi ex anticipatione quae dicitur finis itaque esse explicandos locativos aptos ex verbis ponendi, locandi, statuendi, aliis. (Ribbeck, part. Keller l. s. pg. 345.) Atque ab sermonis Latini indole eiusmodi anticipationem non esse alienam plane probatur versu Stich. 696 Age

dice utrubi accumbamus? — Abi tu sane superior (= abi atque ita accumbe ut sis superior). Merc. 890 squ. Quid si mi animus fluctuat? — Ego istum in tranquillo quieto, tuto sistam, ne time. Curc. 287. quin capite sistat in via de semita. Ita B C D, V E falso viam. Jam utrum exempla allata inde a verbo ponendi usque ad verbum recipiendi et praeterea ad verbum suspendendi et dandi ita sint explicanda an ita ut ipse supra indicavi, in multis luculenter diiudicari nequit. In quibusdam certe de anticipatione cogitare non licet velut Orat. (pg. 101) (statuere), Amph. fragm. VI, Andr. 223, CJL I 199 (confluo), Cat. RR. 35 (14), conf. quae ibi praecedunt; ex altera parte ita aptius explicari videntur CJL. 198 15; Cas. 70. alia.

B. De ablativo loci.

Ablativus loci cum adhibetur, semper subest cogitatio motus e loco aliquo facti. Indicatur:

1. unde quid proficiscatur vel petatur.

a) unde quid proficiscatur, imprimis in verbis movendi. Eodem referendi sunt ablativi qui pendent ex verbis oriendi, nascendi, incipiendi, sonandi, audiendi, discendi, auferendi, aliis.

orior: As. 139 te redigam eodem unde orta es; Aul. 403, 542, Cist. 61, Eun. 241, Hec. 351, Trag. Enn. 3, 25, Pac. 93, 155 (exorior), Enn. ann. 280, Cat. Jord. 28 (2). — sum: Amph. 790 unde igitur haec est nisi abs te; Cist. 658, Ps. 924 adest a milite; 1162 quasi (homo) a milite esset; Trin. 775. — Amph. 111 utrimque est gravida et ex viro et ex summo Jove; Curc. 596 unde habeam; simil. — nascor: Hec. 832 inde natus; Phorm. 1018 alibi. (Parentes indicantur) — incipio: Luc. 253 a primumst, hinc incipiam; Ps. 399 neque exordiri primum unde occipias habes. — verba sonandi: Aul. 402 sed quid hoc clamoris oritur hinc e proximo; Mil. 154, 1377 sensi hinc sonitum fecerunt fores; Andr. 682 crepuit a Glycerio ostium; Hec. 613 a nobis graviter crepuerunt fores; Eun. 1029; Phorm. 840. — audio: Andr. 303 e Davo audivi. — scio disco experior: Amph. 637 domo experior; Poen. 216 domo docta; Phorm. 952 domo rescivit; Hec. 246 hinc scibo; Ad. 361; 413 domi habuit unde disceret; L. Acc. Baehr. pg. 268 (18) unde omnia perdisci

ac percipi queantur. — *emo*: Eun. 115 unde emerat; Ad. 230; Capt. 453; Curc. 432; 617; Epid. 602; Merc. 221, 419, Most. 547, 997, Ad. 225 coemisse hinc. — *sumo*: Bach. 648 ut domo sumeret non foris quaereret; 339, 1198; Mil. 553; Aul. 327, Capt. 480 hi⟨n⟩c sumpsit; recte correxit Pylades, indicandum enim erat, unde haberet argentum. Phorm. 681; Tog. Afran. 25 sumpsi non ab illo modo, sed etiam a Latino. — eximo: Amph. 796 hinc exemisti; — promo: Bach. 652 pectore expromat suo; Ps. 740 indidem promat. — *mercor*: Ps. 617 hinc a nobis est mercatus mulierem; Epid. 495; Rud. 40. — *aŭfero tollo*: Cist. 124 ex angiporto sustuli; 550; Ps. 1246; Andr. 758 tollere hinc; Eun. 661; Trag. Acc. 212 em clam Thyestem clepere ausum e regia; Pall. Call. Stat. 206 quid inde auferam; Luc. 829 atque aliquos ibus ab rebus clepsere foro qui. Libri: ibi, corr. Scaliger. — *surripio*: Men. 645 domo surrupta; 740; domo suppilas 803; Aul. 761; Phorm. 534. — *pereo*: Men. 648 periit domo; Poen. 987; Eun. 521; CJL I 1254 periit de taberna. — *amitto*: Phorm. 918 a sese amittere. — *accipio*: Rud. 807 accipe illinc clavam. – *suscipio*: Phorm. 967 unde suscepta es; 1006. — *conrado*: Ad. 242 alicunde conradere. — *evolvo*: Ps. 317 aliquonde evolvam; *reperio*: Cist. 135 puellam alicunde ut reperiam; — *invenio*: Rud. 687 unde animus mi inveniatur; Ps. 105; Phorm. 534 unde inveniam; 540. *Varia*: Men. 169 *Olfacta* hinc; Ad. 302 tot res circumvallant se unde *emergi* non potest; Men. 671 *excludet* ab se; Hec. 339 iterum istinc *excludere*; Bach. 288 e portu navis *solvitur*; Ps. 412 ex hoc sepulcro *effodiam*. — Junguntur interdum cum ablativo verba a quorum sensu genuino haec structura est aliena. Exempla: invenio, vide supra (= reperio); Phorm. 337 aliis aliunde *est* periclum (= oritur); Hec. 68 abs te *expleat* voluptatem (= capiat); Truc. 524 ne ille priusquam spolia *capiat* hinc nos exstinguat fames (=exstinguendo eiciat); Merc. 878 nonne ex advorso vides nubes atra imberque ut *instat* (= oriturus est); Eun. 557 ab eo gratiam hanc inibo (= accipiam); alibi.

b) unde quid petatur. Quod fit in verbis supra allatis cum quis non quae voluit effecit, praesertim in verbis petendi aut conandi ac similibus.

quaero: Poen. 690 quaeritare a muscis; Ps. 733 ne quaere aliunde; saepe. — peto: Eun. 976 inde peterem; Phorm. 728; Bach. 631; Rud. 412; 411 petam hinc aquam unde mi imperatur (non ab homine aliquid peti dicitur, 'hinc a vobis' in v. 430 = a vostra domo); Truc. 528 e medio mari savium petere; 846 filium tuom istinc meliust te repetere. — exoro: Pers. 43 alicunde exora mutuom. — Ps. 613 procudam hinc ego multos dolos. — Ps. 32 istinc cita (= lege). Peculiari ablativi usu indicatur quo e loco quis agat. As. 390 clamare hinc; 618 alter hinc, hinc alter appellemus; Cas. 133 concludēre in fenestras firmiter unde auscultare possis quom ego illam ausculer; Cas. 436 hinc insidias dabo; Curc. 722 inde (sc. a praetore) solvo rem omnibus; Mil. 607 hinc potero arbitrarier; Most. 565 hinc et illinc exhibent negotium; Rud. 691 hinc vos tutabor; Ps. 414 unde horum sermonem legam; Truc. 709 procul hinc observabo; 853 usque illinc cor pungit meum. — Phorm. 892 inde his ostendam me; Eun. 549 num quis hinc me sequitur; 781 inde omnibus signum dabo; fortasse: Hec. 607 sermonem procul hinc stans accepi; Trag. Pac. 185. sermonem hic nostrum ex occulto clepsit; Pall. Sext. Turp. 5 sermonem hinc sublegam; Tog. Afran. 265 hinc auscultavi procul; Enn. ann. 210 de muris rem gerit Opscus. — Fortasse ita etiam intelligenda sunt Men. 1011 ab umero qui tenet te; Hec. 286 alicunde aliquis obiectust labos; Naev. Baehr. 56 alias aliunde rumitant inter se.

2. unde qui absit. Most. 1018 dum tu hinc abes; Stich. 3 quarum viri hinc absunt; Pers. 663 nummus abesse hinc non potest (Holtze I 63); Most. 978 is aedis emit has hinc proximas; Ps. 597 septumas esse aedis a porta ubi ille habitet leno; 960 hoc est sextum a porta proximum angiportum. — Aliquod movendi verbum etiam subintelligendum est in locutionibus velut his: Viam feci ab Regio ad Capuam (= quae ducit ab R. ad C.) hincine sunt Nouceriam meilia LI e q. s. (= proficiscenti N.) CJL I 551; CJL I 1143 est latum af muro ad L. Tondei vors. p. XVI. Similia saepius leguntur in sententia Minuciorum CJL I 199.

Ablativi usurpantur sensu partitivo: Ps. 392 ex multis exquire illinc unum; 1164; Rud. 973; 1077. Plura vide apud Bachium l. s. pg. 272, 320.

Singularem structuram habet verbum cavendi. Additur enim pronomen generis neutrius casu accusativo. Men. 265 ego istuc cavebo; Ps. 894; Rud. 192; 1246; Trin. 286. Nomen ipsum poni solet ablativo casu. Men. 151 abs te caveo; 345, Pers. 317 cave sis a cornu; Ps. 475, 511, 897, 1143, Men. 122 malo cavebis; Rud. 945; Holtze 'malo' falso pro dativo habet (I 297) conf. Cat. RR. 11 (26) scabiem pecori et iumento caveto; Eun. 782 ipse sibi cavet loco, quae aliter esse intelligenda constat. Scripsit etiam Cato. RR 36 (20) austrum caveto; et Plautus As. 43 cave sis malam rem; itaque non inepte fertur Bach. 463 cave malum, quod Scaliger Leo emendare sibi visi sunt ac scripserunt malo. Dicitur etiam cavere cum re. Ps. 909 Malus cum malo stulte cavi, conf. Langen symb.

Vis ablativa saepe proxime accedit ad vim instrumentalem (instrumenti) Exempla: Mil. 676 deum virtute est unde hospitio accipiam; Trin. 158; habeo dotem unde dem; Aul. 829; Rud. 1016; Phorm. 704; Hec. 831 narro omnia haec, inde est cognitio facta; Capt. 850 scis bene esse si sit unde; Ad. 107 nam si esset unde id fieret, sc. portare, scortari, fores effringere; Enn. trag. 106 (apud Nonium) Ad. 981 si huic aliquid dederis unde utatur. Haud scio an de modo sint dicta: Most. 342 unde agis te? — Unde homo ebrius probe; Pers. 482 unde agis te, Dordale? — Credo tibi. Di dent quae velis. Conf. Ps. 655 eo hoc nomen mihist; 643 hoc febrim tibi esse quia non licet hoc inicere ungulas; Truc. 152; Phorm. 804; Luc. 61.

C. De accusativo loci.

Accusativo loci indicatur 1. quo quid moveatur aut tendat ita ut vis movendi saepe lateat; 2. quam in partem ab aliquo loco quid sit vel fiat.

1. a) Illius generis exempla sunt notissima in quibus pendent accusativi ex verbis movendi. As. 314 quo cruciatus confluant; Cat. RR. 49 (14) boves priusquam in viam quoquam agas. Praeterea huc spectant:

pono: Cas. 519 illuc ponito; Curc. 506; impono: Cat. orig. 39 in plostrum imponit; RR 41 (19) eo sarmenta imponito; Men. 26; Most. 434; Rud. 357; 1237; Poen. 1025; Andr. 129 in ignem impositast; Cat. RR. 25 (16); 47 (8); 53 (18); 57 (12); 58 (22); Cl. Quadr. 10 (pg. 210); (Trin. 726: cassidem in

caput. Verbum deest; conf. Atell. Pomp. 95 paenulam in caput induce); — suppono: Cat. RR. 25 (19) eo supponito; Poen. 1025. — appono: Cat. RR. 39 (7) in eum locum apponito. — restituo: Hec. 21 restitui in locum; — instituo: Most. 86 in pectus institui. — loco: Trin. 782 ubi erit locata virgo in matrimonium; Cist. 560. — colloco: Trag. Liv. Andr. 10 in sedes collocat se regias; Aul. 706; Men. 986; Merc. 552; Trin. 159; Trag. Acc. 438. — sisto: Mil. 344 sistam in viam; Trin. 624; — adsisto: Men. 863 adstiti in currum; Cas. 930 in genua astiti; codd. astituti, corr. Seyff. — insisto: Mil. 357 insiste in dolos; — incumbo: Aul. 594 quo incumbat, eo impellere. — infundo Cat. RR. 25 (8) eo infundito; saepe. — effundo: Cat. RR 27 (1) eo plumbum effundere; — implico: Acc. trag. 191 cave ne in turbam'te implices; - adplico: Trag. Pac. 370 quo sese adplicet. — figo: Mil. 1140 figam palum in parietem; Atell. Pomp. 29 clipeum in medium fixum, ita Charisius; anonym. in medio; — defigo: Pers. 293 defigam in terram; Cat. RR. 39 (1); — adiungo: Hec. 682 huc adiungas; — renumero: Phorm. 502 renumeret dotem huc; — assido: Cat. RR. 82 (10) lotium sub sellam supponito, eo mulier assidat. (Rud. 707 in aram abite sessum.) — compingo: Men. 691 in loculos compingite; 942; Poen. 1409; Rud. 716; 1147; Atell. Pomp. 126. — trudo: Hec. 173 eo extrudit; Aul. 335 hucine detrusti; Eun. 736; — claudo: Andr. 386 hoc concludar; Eun. 667; 1046; Cas. 132; Epid. 402; Rud. 610; Ad. 118 excludetur foras; alibi. Ael. Tub. 9 in atras et profundas tenebras eum claudebant; — infero: CJL I 682 locus monumento quo inferretur; Cat. Jord. 48 (3); — condo: Aul. 712. ibo ut hoc condam domum; 347; Capt. 944; Cas. 309; Ps. 354 intro condidi; 534; Rud. 1145; Truc. 520; 654; 920; Vid. 59; Cat. RR. 18 (6) in defrutum condito; Amph. 1106 postquam in cunas conditust; Cat. RR 19 (19), 56 (23); 54 (21); 56 (12); 59 (23); — recondo: Stich. 231 quo recondas; — abscondo Cist. 62 in latebras abscondas. — devortor: Men. 263 huc devortitur; Most. 965; Pers. 673; Ps. 658; 961; Trin. 673; — recipio: Rud. 574 recipe me in tectum; Cat. RR. 70 (27); „se recipere“ postulat accusativum loci: Phorm. 826 domum se recipit; Truc. 207; alibi; Luc. 636. — do: Bach. 769 ei tabellas dem in manum;

Rud. 1387; Stich. 142 nam quo dedisti nuptum; Cat. Jord. 61 (3) in publicum dedisti; — reddo: Aul. 634 redde huc; 651; saepe; — vendo: Stich. 219 foras vendunt; Luc. 818 plure foras vendunt; — dono: Andr. 358 dono foras; Cat. Jord. 36 (3) dispertieram alio frumentum, alio legatos, alio litteras usquequaque. — Men. 703 immersit aliquo sese in ganeum.

b) Quo quid tendat cum aliis tum his locis indicatur: Rud. 535 si aliquo me locem; Ad. 949 locitas foras; ita recte B C_1 F_1 P_1 Donatus, Eugraphius; ceteri ‘foris’, item Arus. pg. 245. lexic. Mai.; Curc. 354 talos poscit sibi in manum; Men. 124 aliquo ad cenam condicam foras; Stich. 432; 596 ad cenam hercle alio promisi foras; Cas. 551 polliceor foras; CJL I 205 II 22; Ps. 548 ne quo te ad aliud occupes negotium; Aul. 455 opera huc conducta est nostra; Pall. Caec. Stat. 21; Most. 877 gestis aliquo; Poen. 34 domum sermones fabulandi conferant; Epid. 191 in amorem haerere; Mil. 81 exurgat foras; Bach. 758 surgo quoquam; Most. 1004; Cas. 630 huc exsiluit; Mil. 1291 oratio alio mihi demutandast mea; Hec. 194 pergam quo coepi hoc iter; Ad. 190 illuc redi quo coepisti; As. 115, pergam quo occepi; 124 ire ad forum quo inceperam; ad verbum incipiendi subintelligendum videtur verbum quod sequitur. Similia habes: Rud. 583 barbarum hospitem mi in aedes nil moror; Phorm. 481 quanto melius mihi videre huc salvom nunc patruom, Geta. sc. venire; Bach. 1131 cogantur intro sc. ire; Aul. 293 nempe huc dimidium dicis dimidium domum, sc. detur; codd. ‘huic domi’; corr. Guyetus Acid.; Aul. 640 ostende huc; 489 quo nubent; Stich. 80; Mil. 831 heminas octo exprompsi in urceum; Hec. 262 domum studeo; Bach. 278 in navem conscendimus domum cupientes; editt. ‘domi’ auctore Ritschelio; Trin. 841 Pol quamquam domum cupio opperiar; ita Pal., ‘domi’: A Donat. editt. Per emphasin interdum etiam verba quibus ipsis nulla inest significatio motus ita coniunguntur cum accusativo, velut Cat. RR. 28 (27) eo sumpti opus est H LX; Capt. 89 frangi aulas in caput; Heaut. 343 in aurem utramvis otiose ut dormias; Ps. 122 in oculum utrumvis conquiescito — Utrum? anne in aurum? Leg. Reg. Bruns. 8 (4) in matris aram in Campo suoventaurilia caedito; Trag. Acc. 126 castra mactabo in mare; Cat. Jord. 66 (5)

sub flagrum conscripti; Merc. 875 huc secundus ventus nunc est; Amph. 976 huc fac adsis Sosia; Stich. 66 iam ego domum adero; ita P, A modo, editt. fere 'domi'.

Curandi verbum quoque ita invenitur. Men. 51 sqq.: Si quis quid vostrum Epidamnum curari sibi — Velit audacter imperato et dicito — Sed ita ut det unde curari id possit sibi. — 'Epidamnum' P; A deest. — Verba magistri equitum Hannibalis (Gell. X 24, 7; Macrob. I 4, 25). Secundum Gellium scripsit Cael. Antip. (fragm. 25): Die quinti Romae in Capitolium curabo tibi cena sit cocta; et Cato: Die quinti in Capitolio tibi cena cocta erit. — Secundum Macrobium Coel. Antip.: Die quinti Romae in Capitolio curabo tibi cena sit cocta; et Cato: Die quinti in Capitolio tibi cena cocta erit. In verbis Catonis traditio sibi constat, non ita in verbis Antipatri. Habent enim codd. Gell. 'in Capitolium', codd. Macr. 'in Capitolio', praeterea apud Gellium in BLR est Roma, non Romae. Addere licet CJL I 205 A I 47: neive nomina aut Mutina in eo iudicio includei concipei oportet. — Atque ego credo apud Plautum cum Friderico Leo tolerandam esse scripturam 'Epidamnum', Gellii verba neglegenter attulisse Macrobium, Gellio vero ipsi tribuendum esse 'Romam in Capitolium', postremo in inscriptione quoniam ablativus in oratione soluta nominum propriorum non usurpatur sensu locativo, 'Mutina' scriptum esse pro 'Mutinam', a quo sono minus differt quam a locativo 'Mutinae'. Ita ipse Ritschelius.

c) Accusativo loci indicatur quo quid versum sit vel pertineat. Atque illud in adverbiis compositis 'horsum, retrorsum, aliorsum', aliis; quo quid pertineat, his exemplis: Merc. 252 hoc quam ad rem credam pertinere somnium, nequeo invenire; Rud. 1106 quid id ad vidulum? Truc. 810; — Stich. 452 per hortum utroque commeatus continet. In inscriptionibus est identidem 'in agrum, in frontem' sc. patet, velut CJL I 1059, 1248; (sed etiam 'in fronte' sc. sunt, 1039, 1104, 1107, 1241.) — Sensu translato: Trin. 628 si in rem tuam esse videatur; Men. 985 b; Merc. 36; Rud. 220; Ps. 684; Trin. 636; 747; Hec. 249. Notio movendi etiam latet in his: Ps. 857 quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul; Trag. Pac. 96 e summis in omnes partes prospectum aucupo; Mil. 607 hinc ego et huc et illuc potero

quid agant arbitrarier; Ad. 174 in istam partem peccato; Heaut. 440 vehemens in utramque partem es nimis; 47, Most. 32.

2. Accusativus loci ut indicetur quam in partem ab aliquo loco quid sit Latine praecipue invenitur, ubi agitur de partibus oppositis atque diversis. Eun. 834 ubi is est? — Ad sinisteram; Heaut. 732 proximum esse hinc fundum ad dexteram; Ad. 576 est ad hanc manum sacellum; 581 sqq.; Mil. 1216; Rud. 155; 253; (Men. 556 demam hanc coronam atque abiciam ad laevam manum; Merc. 879 aspice ad sinisteram; Mil. 361; Poen. 711; Andr. 750 etiam ad 1. referre licet.) — Imprimis ita adhibentur adverbia quorum pars posterior est particula -versus (π).

Aul. 366 si autem deorsum comedent; Capt. 368 utroquevorsum rectumst ingenium meum; 655 ita mi stolido sursum vorsum os sublevere offuciis; Rud. 1314 infuerunt praeterea centum minaria Philippa in pasceolo aureo sorsus; Hec. 697 dabo iusiurandum nil esse istorsum mihi; Ad. 572 nostin porticum apud macellum hac deorsum; 575 clivos deorsum vorsum est; Acc. praet. 12 quosum aut quibus a partibus gliscunt; codd. Non. ω 'quorum', corr. Bothe; 26 dextrorsum orbem flammeum linquier; Com. inc. inc. 75 poneversum illac mare est; CJL I 577 I 19 trabiculas abiegneas II crassas quoqueversus s. imponito II asseribus, crassis quoque versus = =; II 6 portulaque tegito tegularum ordinibus seneis quoque versus; Cat. Jord. 35 (12) nostros poneversus hostes esse ab dextera parte; Cat. RR 39 (15) perticis saligneis viridibus controversus (traditum est -iis) conlatis consternito ('controversus' apographa); 23 (19) parietes PX quoquovorsum; 28 (18) si nimium mortarium deorsum teret; 36 (13) cum fornacem facies praecipites deorsum facito. Ubi etiam putaveris 'deorsum' pendere ex adiectivo 'praecipites'; 55 (13) conterito in mortario seorsum utrimque; Cass. Hem. 37 lapidem fuisse evinctum candelis quoquoversus.

Sed ad 1. sunt referenda: Cas. 297 ego pol istam iam aliquovorsum tragulam decidero; Curc. 70 si deos salutas dextrovorsum censeo, sc. te vertas; Epid. 402 sorsum concludi; Poen. 684 illud quidem quosum asinus caedit calcibus; Rud. 368 nos cum scapha tempestas dextrovorsum differt ab illis; Trin. 409 divorse distrahitur cito; Cat. RR 43 (10) sorsum condito; — Aul. 287 ego istuc aliovorsum dixeram; Cas. 555 aliovorsum rationem puto; Bach. 710

abs te sorsum sentio; Eun. 82 vereor ne aliovorsum atque ego dixeram acceperit.

Adverbia autem in -o fere non ita adhibentur. Reicio igitur quod Baehrens secutus Buechelerum scripsit Luc. 290 tonsillas quoquo validis in funibus aptant; codd. Non. (234, 11): 'quoque validis', 'quoque praevalidis' Dousa 'e codice', quod tenendum est, dum quid melius inveniatur. Recte etiam Fleckeisen correxit Ad. 577 'quanam', in A est 'quonam', in ceteris 'quodnam', sed de hoc loco infra.

Et locativus et ablativus et accusativus loci interdum loco adiectivorum iunguntur cum nominibus. 1. Locativus: Curc. 429 miles Lyconi in Epidauro hospiti salutem dicit; CJL I 199, 6 qui oritur ab fontei en Manicelo. Sed num huc sint referenda quae sequuntur dubium est: Most. 659 qua in regione istas aedis emit filius; Poen. 1044 sed ecquem adulescentem hic novisti Agorastoclem; Eun. 518 rus Sunii ecquod habeam. — 2. Ablativus: Merc. 139 resinam ex melle; Poen. 560 isque se ut adsimularet peregrinum aliunde ex alio oppido; 175; Ps. 1064 iamne habeat signum ex arce Ballionia; 737 servos ex Carysto; Luc. 125 quem non Aegypto sargus movebit. — Indicari solet origo. — 3. Accusativus: Epid. 639 afferre anellum aureolum in digitum; Pers. 630 in angulo ad laevam manum (nata); Trin. 875 in eam rem si quid habebo; Trag. Enn. 243 templum Cereris ad laevam aspice; Acc. 690 mystica ad dextram vada praetervecti.

Superest ut exempla afferamus attractionis inversae quae dicitur: Conf. Bach. De attractione. (π): Merc. 511 qui illim unde huc advecta sum, malis bene esse solitumst; Cist. 61 indidem unde oritur facito ut facias stultitiam sepelibilem; Pall. Turp. 9 venire illi ubi sitast sapientia (hoc exemplum omisit Bach); conf. Most. 314 illi ubi fui inde effugi foras; Bach. 935.

Iis quae exposui elucet nullum fere verbum esse, quod non prout est sensus, variis cum casibus iungatur. Atque cum fere in diversis verborum structuris ea quae significantur re inter se differant, saepe non res ipsa est diversa, sed solum forma qua rei significatae imago menti scriptoris obversabatur. Conf. exempla allata verborum ponendi, locandi, quaerendi, alia. Exemplum habes locupletissimum Cat. Jord. 54 (3) utrubi bona, utrubi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones tibi pares. — Praeterea saepius eandem structuram ad plures rationes cum probabilitate referri intellegitur, itemque saepe aliter cogitare Latinos, aliter nos. Denique ne de iis quidem generibus quae

elegi, tam accurate et plene dicere mihi licuisse, ut nil intactum relinqueretur, non est cur pluribus exponam. Id tamen contendere ausim ex exemplis allatis facile quae restant atque ut in hanc quaestionem cadunt, ita infra non tractabuntur, explicari.

II. Quemadmodum eodem sive adverbio sive casu variae locorum rationes significentur.

A. De casu locativo atque adverbiis quae eius sunt loco.

1. Formarum genera enumerantur. Hac in re quaedam sunt praemittenda quae spectant ad rem orthographicam.

Soni qui aguntur sunt hi: ĕ, ī, e/i/ei i. e. sonus profectus a diphthongo, qui diutius medius erat inter ī et ē, deinde in plurimis abiit in ī. Atque indicatur in inscriptionibus sonus ĕ signo E; sonus ī usque ad ann. 608 a. u. c. constanter I, postera aetate saepius EI, in sono tertio valde fluctuatur usus. Scribitur Plauti aetate plerumque EI aut E, interdum I; conf. Decr. Aem. Paulli et SC de Bacch. Itaque si ea forma reddere velimus vocabula qua scriptorem ipsum expressisse verisimile est (atque id primo quidem obtutu scientiae rationibus maxime congruum esse videtur), sonus e/i/ei nusquam in Plauti fabulis scribendus esset ī, sed aut ei aut e, ita enim Plautum scripsisse est verisimilius. Ita vero rem non agendam esse apparet. Sed eruendum est primo loco quae cuiusque scriptoris aetate singulorum sonorum fuerit natura, quod cum est cognitum, unusquisque sonus ea forma est exprimendus qua expresserunt boni qui dicuntur Latinitatis auctores. Cum vero aut de soni alicuius natura minus constat, aut scriptores Latinitatis florentis ipsi in illo reddendo sibi non constiterunt, neque inter viros doctos huius aetatis de hac re satis convenit, optimi codices sunt sequendi unoquoque loco. Itaque nisi forte causa peculiari aliud postulatur, velut in editione minore Plautina sive cum eduntur inscriptiones, scribi velim secundae declinationis casum genetivum littera i, etsi saepius est traditum ei, velut Most. 1079, Pers. 315, Truc. 43, alibi. Deinde sonus ille ortus ex diphthongo Acci

aetate a sono puro ī non iam differebat. voluit enim Accius quamlibet ī (productam) scribi ei, quod praeceptum tamen non pervaluit. Quae vero fuerit huius soni natura aetate Plauti, non ita constat, ut nil dubitationis relinquatur. Tamen iam tum vix ab ī pura discrepasse putaverim, nam ad summum sexaginta anni sunt interiecti inter Plauti et Acci aetatem. Quae cum ita sint, etiam ille sonus reddendus mihi videtur littera i, nisi in quibusdam certis de causis ab i pura diversum fuisse probatur.

Jam ad locativi formarum genera transeamus. Locativo numeri pluralis in nulla declinatione proprius est exitus, sed eadem forma est pro dativo, ablativo, locativo, instrumentali, neque est demonstratum quis ex his casibus ceteros in se receperit. Ceterum de forma nil memorabile. De vi autem, quoniam hae formae vulgo pro ablativis habentur, pauca dicemus, cum ad ablativum erit perventum.

In singulari nobis una respicienda est terminatio genuina ĭ. Quae si addebatur ad stirpes primi et secundi ordinis, cum exitu a vel e/o coalescebat in ai vel ei, quae postea sunt facta ae et i, itaque tum locativus eandem formam habebat atque genetivus. Ab initio autem hos casus non eodem exitu fuisse intelligitur ex hisce. Primi ordinis genetivus in prisca Latinitate modo in as, modo in aī exit, et illo aī duae efficiuntur syllabae, exitu autem locativi ai et ae una, et tum demum cum in omnibus vocabulis illi soni aī in unum ae coissent et exitus ās obsolevisset (conf. Linds. pg. 381), locativus a genetivo forma non iam differebat. Deinde nominum quae sunt secundi ordinis genetivi terminatio in inscriptionibus antiquissimis constanter scribitur littera ī, unde colligitur i genetivi fuisse puram, itaque diversum ab exitu locativi. Eadem de causa stirpes quae exeunt in ie/o in prisca Latinitate genetivum faciunt -î, non -ii, sed locativum -ii, conf. Enn. Hed. 529 Brundisii sargust, Eun. 518 rus Sunii ecquod habeam. (Conf. 'alii' Eun. 780. Vide Buechelerum, Grundriss.)

Ad ordinem secundum etiam referendi sunt locativi hic, isti(c), illi(c). Vide Neue II 655.

Alia est terminatio locativa -bi, quae invenitur in adverbiis ibi, ubi et quae cum horum altero utro sunt composita.

Uberius disserendum est de locativis tertii ordinis atque de iis, qui ad certum ordinem cum probabilitate non referuntur.

Atque in tertio ordine stirpes quae cadunt in ei-, distinguendae sunt ab iis quae exeunt in consonantem. Jam addita terminatione -ĭ in illis evadebat sono i inter duos vocales evanescente ei/i/ē; in his ex lege phonetica ĭ abiit in ĕ. Sciendum est praeterea, cum in ceteris linguis Indogermanicis terminatio ablativi propria iis solum fuisse videatur stirpibus, quae finiuntur sono e/o, eam in lingua Latina ad ceteras stirpes vocales esse translatam. Ex altero genere in ullo nomine Latino inveniri exitum proprium instrumentalis casus demonstratum non est, sed ablativus aut, ubi is ipse deest, locativus eius vicibus fungitur. Sed in distinguendis illis duobus stirpium generibus non sibi constiterunt Romani, immo et ablativus in -id atque locativus in -ī translatus est ad nomina quae exeunt in consonantem, velut covontionid, aerid, Carthagini, et stirpium vocalium locativum (sive ablativum sive instrumentalem) finxerunt littera ĕ, velut fortĕ, (stirps est fortei), mare; conf. Varr. Atac.: Cingitur Oceano, Lybico mare, flumine Nilo. (Charis. 137, 12, Baehrens pg. 335). Denique sonus -d in fine evanescebat, et nominum de quibus nobis est agendum in nullo invenitur, praeterquam quod in Columnae Rostratae inscriptione sermonem cascum affectante semel legitur marid. Postremo vero cum ille sonus ortus ex diphthongo modo i, modo e, modo ei scriberetur, atque ratio terminationum ī et ĕ postera aetate esset alia atque in prisca Latinitate, nullo loco utra sit agnoscenda, certo possumus diiudicare, nisi forte adiuvamur re metrica. Illa igitur adhibita singula perlustrare constitui, et omnes locos exscripsi, ubi obveniunt eae voces, quae in hanc quaestionem cadunt, neque in uno certoque exitu adsciscendo sibi constant. Hoc demum modo possumus diiudicare et illud:

2. Quemadmodum casus locativus eo sensu adhibeatur, qui proprius est ablativo.

Nam neque adverbia quae sunt pro locativo neque locativum ipsum, nisi in singulari tertiae declinationis ita adhiberi constat. Hic autem quae sit ratio inter locativum atque ablativum accuratissime est inquirendum, atque quo clarius fieret iudicium etiam arcessere est visum quae sunt de tempore et modo. Jam singula videamus.

heri/e (*πι*). Conf. Ritschel. Op. II 277. Wedding l. s. Legitur herĭ: (i. e. vocalis i invenitur eo loco, in quo per leges doctrinae metricae et longa et correpta syllaba toleratur; similiter intelligenda sunt signa ˘ et ˉ ceteris superscripta.) Amph. 714, 717, 725, 731, 822, As. 436, Capt. 30, 500 (metrum inc.), Merc. 106, 481, Mil. 73 (A: eri; B: aeri), 217, 439, 489, Most. 956, Pers. 116, 577, Poen. 114, 138, Ps. 594 (metr. inc.), Rud. 130, 151, Stich. 416, Andr. 85, 768; Eun. 85, 539, Heaut. 518, Phorm. 36, Hec. 190, 238, Pall. Naev. 21 (Macr. III, 18, 6), Claud. Quadr. 75 (Lactant. in schol. ad Statii Thebaid. VIII, 1). — herī: Amph. 799, Capt. 111, Curc. 18, Most. 952, Eun. 169, 359, Hec. 251 adii te heri de filia. — herĭ: (ex correptione iambica). Amph. 514, Curc. 19, Ps. 147, Stich. 516, Hec. 329, 466, Pall. Caec. Stat. 197 (Gell. XV 15), Tog. Afran. 71 (Charis. II 180 P), 161 (Non. 73, 23). — Res est incerta: Amph. 303 iám pridem vidétur factum heri ¦ quod homines quáttuor; Merc. 257 navem éx Rhodo quast heri ¦ advéctus fílius; Stich. 152 si quae forte ex Asia navis heri | aut hodie venerit. — herĕ: Mil. 59 qui sis tam pulcer, vel ea quae here pallio; A 'here', P 'hercle'; Heaut. 567 vel here in vino quem immodestus fuisti; 'here' A, corr. -i. ceteri 'heri'. Pers. 108 sapis multum ad genium — Sed ⟨tu⟩ ecquid meministi, here; 'here' B, gloss. Plaut.; CD 'ere.' —

(a) mane/i (*π*). manĕ: Epid. 273, 314, Merc. 255, Men. 1157, Pers. 114 (bis), 113, Poen. 807; 65, ubi A recte: 'mane' P 'a mane'; Andr. 83, Eun. 340, Heaut. 67, 519, Phorm. 531. Pall. Caec. Stat. 258 (Cic. ad Attic. VII 3, 10), Atell. Pomp. 133 (Non. 523, 10), Luc. 88 (Prisc. I 513 H), Cat. RR 58 (24), 62 (27), 63 (5), 78 (21), 79 (9), 81 (5), 81 (20), 82 (20). — a manĕ/ĭ.: Amph. 252 haec illic est pugnata pugna usque a mane ad vesperum; ita libri, sed Nonius, Donatus, Servius 'a mani'. Nonius: Plautus in Amphitryone: haec — vesperum, ceteri locum ipsum non afferunt, sed dicunt Plautum usum esse: 'a mani', conf. Neue II 645 sqq. A deest. — Mil. 503 longum diutinumque a mane ad vesperum; — Most. 534 a mane ad noctem usque in foro dego diem; ita A P; Most. 767 sol semper hic est usque a mane ad vesperum; A P 'a mani', sed B_1 'a mane'. — Luc. 9 núnc vero á mani ád noctém. (Lactant. V 9, 20

BR 'a mane', V 'mani'). Denique testatur Servius comm. in Don. pg. 420, et Servius in Aeneid. V 19, et Pomp. comm. in Donatum ut Plautinum: 'a primo mani ad vesperum', quod tamen nusquam inveni.

temperi/e (tempori/e); conf. Ritsch. op. III 244, Bell. l. s. temperei: Ps. 1182 ire licet tamen tibi hodie temperei; ita A, P: 'temperi'. — tempерй: Men. 445, 464, Most. 314, Pers. 229 (in libris et in gloss. Plaut.), Pers. 768 tempéri mihi istuc tempéri serost; Rud. 921 vigiláre decet hominém qui volt sua témperi conficere officia; Stich. 654; Trin. 911; Cat. RR. 12 (2), 13 (25); — temperī: Aul. 454, Cas. 412; — temporĭ: Capt. 183 (A deest); Tog. Tit. 22 (Non. 369, 20); — temporĕ: As. 733, Epid. 406, Men. 1020. — Varie est traditum: Capt. 191: 'tempori' EJFZ, 'temperi' BD; Merc. 990: 'temper' CD, 'temperare' B, corr. Acid.; Ps. 387: 'temperĭ' A, gloss. Plaut., 'tempor' P.

luci/e (quatenus significat: bei Tage (π) lucĭ: Amph. 165 (metr. inc.); CJL I 197 (17) (24); Leg. XII Tab. (Bruns. pg. 29). — lucĭ cum adiectivo: Aul. 748 luci claro; ita Non. 210, libri 'clara'; Cist. 525 cum primo luci; Ad. 841 cum primo luci ('luci' A 'cum prima luci' P, 'cum prima luce' BCDEFG, 'cum primo lucu' Donatus); Tog. Atta 8 (Non. 486, 23) cum primo luci | hódie ut exornata sit; Pall. inc. inc. 70 (Non. 210, 15) prior ire luci claro non queo; luci EF_3 H, luce F_1 LW; CJL I 197 (4) neive is in publico luuci palam praetextam habeto; ubi tamen 'in publico' a 'luuci' disiungendum esse verisimile est. — Cas. 786 tandem ut veniamus luci ego cras hic ero. — lucī: Men. 1006 lucí derípier in via; Merc. 255 cum lucí simul; A_1 'luci', P 'luce'; Stich. 369 cum lucí simul; Enn. ann. 294 (Prisc. I 278 H) si lucí si nox. Virorum doctorum sententias vide Neue II.

praefiscine/i (π): As. 49 praefiscine · hoc nunc dixerim, A deest, B_2 E D 'preficisci ni', B_1 'perficisci ni'; Rud. 461 ut sine labore hanc extraxi — Praefiscine. A deest, P cum schedis Turnebi 'praeficiscine'; Tog. Tit. 110 Paula mea amabo pol tuam ad laudem addito praefiscini (Char. II 189 P); Afran. 36 (ibid.) scis habitum ut nunc obtinet — Praefiscine. — Id est: bis ĭ, bis ĕ.

peregri/e (*π*). Respondetur interroganti a) ubi? — ī: Pall. Naev. 92 (Char. II 189 P) domi patres patriam ut colatis potius quam peregri probra. — -ĕ Amph. 352, Trin. 596 gestandus peregre clupeus; Phorm. 970; Pall. Naev. 84 (Char. II 189 P) — Varia est scriptura: Amph. 5 bene expedire voltis peregreque et domi; ita B_2, ceteri ʻperegriqueʼ. Pers. 29 quid iam? — Qui erus peregrest — Ain tu peregrest? codd. utrobique ʻperegrestʼ, sed Char.: ʻperegreʼ Plautus in Persa. — b) unde? Invenitur una forma peregrē̆: Amph. 161 (metr. inc.), 361, 846, As. 761, Bach. 186, 536, Epid. 126, 533, Most. 353, 373, 611, 743, 805, 1004, 1124, 1129, Stich. 543, 585, 740, Trin. 423, 997, 1121, 1178, Truc. 85, 127 (metr. inc., Lindsay pg. 396 et alii usi sunt hoc loco ut demonstrarent, -e esse productam, sed metrum ut incertum est notatum in ed. minore, atque Leo metitur: péregre quoniam ádvenis céna detur. Pro creticis habere videtur: ⏑⏑⏓⏑⏑–⏑––⏑–⏑. An pro trochaeis?); Truc. 186, 515, Phorm. 243. — c) quo? peregrē̆: Cas. 62, Cist. 579 (ʻproperegreʼ VE), Most. 25, 976, Ps. 51, Trin. 149, Tog. Tit. 132 (Char. 189 P). — Most. 957 quartus quintus sextus usque postquam hinc peregre eius pater Abiit; A ʻperegreiʼ, P -e. — His Fr. Leo secutus addiderim Plaut. fragm. Caeci VI in peregre = isne peregre. (Char. 212 ʻin peregre estʼ, sed affert Char. exemplum quo demonstretur peregre poni cum abeat quis in locum.

ruri/e (*π*). a) Legitur sensu locativo: rurī: Cas. 781, Cist. 225/6, Merc. 273, Most. 799, Phorm. 363. — rurĭ: Aul. 506, Bach. 365, Capt. 84, Cas. 99, 105 (ubi fortasse est dativus), 126 (ubi Leo scripsit ervi), 129, Merc. 509, 543, 686, 766, 924, Most. 4, 7, 19, 35, Truc. 277, 914, Phorm. 250, Hec. 215, Ad. 45, 95, 401, Tog. Tit. 175 (Pauli Festus 215 M), Cat. RR 14 (10). — rurĕ: Cas. 110, Tog. Tit. 60/61 (Char. I 115 P, qui tradit ʻrureʼ scripsisse Titinium.) — Variat scriptura: Trin. 166, ubi codd. ʻrureʼ, Non. ʻruriʼ; Merc. 760 rurist; ita A, B ʻrureʼ, CD ʻrusʼ; Ad. 542, ubi codd. ʻruriʼ, Char. testatur ʻrureʼ. — b) Traditum est sensu ablativo: rurĕ: As. 341, Merc. 586, 705, 807, 810, 814, Truc. 694, Eun. 611, 967, Hec. 190. rurĭ: Most. 1076 veniunt ruri rustici; Truc. 669 mirum videtur ruri erilem filium Strabacem non redisse (codd. ʻruri eritemʼ); Truc. 693 se ruri veniat. A his tribus locis deest. — Deinde

Cas. 420 in codicibus est: scin tu ruri hinc esse ad villam longe quo ducat? — Scio. Sed sine dubio P. Langen recte corrigi iussit 'rus'.

Exempla nominum propriorum sunt haec (π). ubi? -ī: Cist. 156 fuére Sicyoní iam diú Dionysia. — -ĭ: Cas. 71 Carthagini, Capt. 689 Acherunti, 998, Merc. 606, Truc. 749; Poen. 1055 Carthagini gnatus. — -ĕ: Poen. 431 quantum Acheruntest mortuorum, Capt. 330 filius meus illic apud vos servit captus Alide; — -ĭ/ĕ: Poen. 1037 Carthágini ego sum gnátus; -e A, -i P. — unde? -ĭ: CJL I 505 Tiati, (quod fortasse est Oscum); -ĕ: Poen. 66 Carthagine, 899, 987, 996, 1101; Poen. 344 Acherunte. Dubia est res Cist. 130, 190. Est v. 125: adulescens quidam hic est adprime nobilis; iam sequuntur quinque versus postea inmissi, deinde pergitur: Sicyone summo genere ei vivit pater. Distinxit Leo: adulescens — nobilis Sicyone, summo genere, ei vivit pater. In editione minore est: — nobilis. Sicyone summo genere ei vivit pater; idemque in ed. maiore. Sed cum v. 190 sit: adulescens hic est Sicyoni, ei vivit pater; ibique ob sensum non bene aliter distinguatur atque indicavi, etiam in v. 130 cum Fr. Leo facio. Est igitur utrobique locativus, sed traditum v. 130: 'Sicyone' in P, in A: 'SJC'... — Trag. inc. inc. 73 Acherunte.

Praeterea scripta sunt sensu locativo (π). cordĭ: Cist. 109 mihi cordist tamen, A deest, P: in cordist, corr. Cam. Andr. 328 an tibi nuptiae haec sunt cordi? — Cordi?; Phorm. 800 quia uterque utrique est cordi; Tog. Afran. 328 (Prisc. V, 8 pg. 659 P) vos quibus cordist; Lucil. 144 (Non. 173, 14) si tam corpus loco validum ac regione maneret, scriptoris quam vera manet sententia cordi. Luc. Mueller satis mire 'cordi' et 'regione' pro dativis habet (V 3); Luc. 442 (Non. 88, 31) res si idcirco est cordi; 441 (ibid.) quod tibi cordist; Cat. Jord. 6 (21) (Macr. III 5, 10) si tibi cordist. — cordĕ: Most. 323 si tibi corde est facere licet. Legendum erit cordi. — (Non huc pertinent: Mil. 336 sapere corde; Truc. 454 capere corde; alia. Vis enim est instrumentalis.) — Alia: -ĕ: Enn. ann. 338 (Paul. 53) succincti gladiis media regione cracentes; 198 (Porph. Hor. od. I 9, 1) stant pulvere campi; Luc. 56 (Cic. orat. 44, 149, Non. 188, 24) compostae emblemate vermiculato; 144 (Non. 173,

14) regione maneret; 602 (Non. 391, 24) hic stare papillas pectore marmoreo. — -ĕ̆: Trag. Acc. 537 (Non. 318, 5) ubi habet? urbe agrone? codd. 'turbe'; 569 (Non. 504, 31) hac úbi curvo litóre latrans unda sub undis labunda sonit; Corn. Sis. 130 (Non. 392) caelum caligine stat. — Metrum est incertum: Ad. 613 pectore nil sistere consili quit. — Vis est ablativi propria in his: -ĕ: Enn. ann. 327 (Lact. ad. Stat. Theb. XI 56) raucus sonus aere cucurrit; ann. 130 (Festus 169) Graio patre. -ĕ̆: Amph. 27 matre, patre, Men. 1102; 854 patre, Amph. 430 matre, Capt. 194 genere, 319, Cist. 25, 130, Aul. 778, Epid. 170, Merc. 969, Mil. 680, Pers. 596, 651, Poen. 60, 110, 1186, 1240, Ps. 356, 590, Trin. 373; Pers. 252 Ope gnato; Trag. inc. inc. 108 (Cic. Tusc. III 12, 26) Pelope, Tog. Afran. 362 (Non. 493, 1) patre, ibid. 403 (Macr. VI 5, 6) parente; Enn. ann. 159 (Prisc. I 210 H) Didone, Calp. Pis. 27 (Gell. VII 9) patre, Cl. Quadr. 10 (Gell. IX 13, 4) genere, ibid. 15 (Gell. VI 11, 7) genere; Orat. C. Gracch. 122 (schol. ad Cic. orat. p. Sulla 9) genere; Cat. Jord. 41, 6 (Gell. X 3, 17) genere, 42, 1 (ibid.) genere. —

Vim casui instrumentali propriam habent haec: -ĕ̆: Merc. 51 conclamitare tota urbe et praedicere; Poen. 63 vostro limite; Pall. Turp. 47 (Non. 491, 18) incerto itinere; CJL I 199 9, 12 recta regione; ibid. 15 monte Lemurino; 14 Ede fluvio (nominativus est 'Edus'). — -ē: Pl. fragm. 108 domum ire coepi tramité dextra via. — -ĭ̆: CJL I 199, 7 fluvio Lemuri; -ī: Poen. 105 mari t⟨erraque⟩ usquequaque quaeritat; Enn. trag. 50 (Cic. de div. I 31, 66) iamque mari magno classis cita texitur; Enn. ann. 101 (Festus 258) mari quaesentibus vitam; Orat. Lael. Sap. 97 (Festus) terra marique obsidionem facerent.

Ex exemplis illis stirpe utuntur in-ei- exeunte: mare, Lemuris, (Tiate); quomodo finiatur stirps dubium est in his: heri, mane, praefiscini, peregri; cetera praeter nomen fluminis 'Edis' exeunt in consonantem. — Efficitur autem exitu i syllaba producta multis locis, licet producere omnibus, exitum e uno loco metiri cogimur ē, saepius ĕ, plerumque est ĕ̆. Sed hac una ratione quaestio non solvitur. At si rem universam spectamus, a ceteris longe differre videmus stirpes rur-, temper-, luc-, cord- et nominum propriorum eo quod, ubi sensus est locativus, terminari

solent in -i, alibi habent -e. Apparet igitur terminationem i a stirpibus quae exeunt in ei translatam esse ad ceteras, quo locativus distingueretur ab ablativo, cui rei fortasse adiumento fuerunt locativi secundae declinationis. Jam nostrum et inquirere, num in illis vocabulis, ubi vis est locativa, scribamus i, agnoscendo illum exitum, (nam in inscriptionibus modo i, modo e scriptus invenitur). Atque id sane commendari videtur eo quod, ubi codices dissentiunt, praeter unum locum (Poen. 1037 A: Carthagine ego) quod ex hac regula postulatur, testimonio vetustiore et graviore est traditum. Idem valet in formis tempori aut temperi atque locativo luci generis masculini aut feminini.

T r a d i t u m a u t e m e s t e: As. 733 (tempore P, A deest), Epid. 406 (tempore P, A deest), Men. 1020 (AP). — Aul. 748 (luce clara, A deest); Ad. 841 (luc$\overset{e}{i}$ A, cum prima luci P; -a luce ceteri, primo luci schol. Bemb.); Com. inc. inc. 70 (Non. 210, 15 luce F_1 L_1 W_1, rell. luci). — Cas. 110 (rure A, iure P), Merc. 760 (rure P, ruri A), Trin. 166 (rure P, A deest), Ad. 542 (ruri codd.; rure testatur Char.), Tit. 60/61 (rure teste Char.), Poen. 431 (Acheruntest AP), Capt. 330 (Alide P, A deest), Poen. 1037 (Carthagine A, -i P), Cist. 130 (Sicyone P, SJC . . . A), Most. 323 (corde P, A deest). — t e m p e r e i: Men. 467, Ps. 1182 (in A, P habet utrobique -i); temper: Merc. 990. — [tempori: Ps. 387 (P, sed A gloss. Pl. -eri), Capt. 183 (A deest), 191 (EJFZ, -eri BD), Tit. 22].

Quodsi probamus regulam ita statutam, explicandum est quomodo exitus e omnibus his locis irrepserit. De tribus originibus cogitare licet. 1. Dixerit quispiam, haec esse vestigia quibus demonstretur exitum -ĕ vim genuinam locativam in prisca Latinitate nondum prorsus amisisse. Quam ad sententiam non accedo propterea, quod ea vis in hoc exitu alibi non cernitur, pauca enim exempla quae exstare videntur, velut pectore, regione alium habere fontem infra demonstrabo; et quod in his vocabulis ipsis novas illas formas addita terminatione ī finxerunt Romani. 2. Fortasse indicavit scriptor sonum littera e, qui medius erat inter ī et ē. Atque est in inscriptionibus: SC de Bacch: 'ques compromesisse', I 814 (saec. VI vel VII) 'Devas', IX 3574 (saec. VII) 'veci', X 7265 (saec. VI vel VII) 'Apoline'. Itaque nil obstat quominus priscos auctores ita scripsisse putemus. Quam-

quam non admodum est verisimile scriptorum manus vestigia per tot saecula esse servata. 3. Cum in prisca Latinitate inter locativum et ablativum distingui soleret, id posteriore aetate non iam factum notum est. Itaque formae quae habent litteram e genuinis remotis irrepere potuerunt sive Latinitate ipsa florente sive medio q. d. aevo. — Ex altero utro igitur horum fontium illud e fluxisse puto. Quae cum ita sint, quidquid dicunt veteres grammatici semper scribendum iudico ruri, Carthagini, Sicyoni. Non prorsus eadem res est in formis tempori/e, temperi/e atque luci/e claro/a. 'Temperi' enim atque 'tempori/e' itemque 'luci claro' atque 'luce clara' antiquis diversas fuisse voces verisimile est. Cum vero in illis ipsis quo meliores et fere vetustiores sint codices, eo constantius regulam certam confirment, cum Ritschelio et Fr. Leo facio, qui semper scripserunt luci (claro) et temperi. Improbo quod est in editione maiore Ps. 1182 temperei.

In formis quae habent vim ablativo casui propriam, est traditum i: ruri: Truc. 669, 693, Most. 1076 (P, A his tribus locis deest). Duplex esse origo potest. Putaveris enim Plautum hic ut alibi stirpibus quae exeunt in consonantem, addidisse exitum stirpium vocalium ī. Sunt enim apud eum: 'cum carné carnarium, tramité dextra via' (quae scribenda duco 'carni, tramiti'). Cum vero illa in libris manuscriptis finiantur littera e, itaque aliquando correcta esse appareat, sane mirum sit, si in ipso vocabulo ruri, in quo multo facilius aliquis ad corrigendum inducebatur, illud i sit servatum. Itaque ad alterum fontem refero atque puto librariorum errore 'ruri' scriptum esse pro 'rure'. Simile senserunt P. Langen l. s. pg. 308, G. Goerbig l. s.

Venimus ad formas dubias heri/e, peregri/e, (a) mani/e, praefiscini/e. — De adverbio heri/e. Radix est Indogermanica ghi̯es, conf. χθές, hesternus; indeque ortum esse adiectivum 'heris' aut 'herus' recte creditur, atque huius adiectivi locativus (si ad nomen 'heris' redit, aut locativus aut ablativus) est herī/ē, quod ex correptione iambica fieri poterat herĭ/ĕ. Atque quoniam sonus ille ī/ē ab initio non erat purus, et praeterea in fine vocum ĭ abibat in ĕ, sonusque r cum praecedebat, sonum e servabat, postea duplex est orta forma heri-here. Quatenus id iam prisca in Latinitate sit factum, dubium est. Fortasse unum

sonum habemus, qui medius erat inter i et e, atque ita postera aetate fuisse elucet ex verbis appendicis Probi 199 (16): In heri neque i neque e plane auditur (conf. Quint. I 4, 8 atque I 7, 22). Tum vero in sermone cottidiano constanter correptus erat exitus ĭ/ĕ, conf. Linds. pg. 26 (poetae vero distinxerunt inter 'herī' et 'herĕ'). Sed Plauti aetate si iam de brevitate huius exitus constitisset, ille scribere non potuisset herī. Puto igitur in prisca Latinitate rem hanc fuisse, ut exitus adverbii heri medius esset inter i atque e; et inter vocalem longum atque brevem. Sequendi ergo erunt unoquoque loco codices optimi (Heaut. 567 'heri', Mil. 59 'here', Pers. 108 'here'). — De adverbio peregri/e. Vocabulum 'peregri/e' aliquo modo cohaerere cum substantivo agri patet. Cogitaveris autem dictum esse 'peregris/e' ab agro ut 'perennis/e' ab anno, et adiectivi peregris/e locativum sive ablativum esse peregri/e. Tamen quominus id credam, duae res obstant. Primum enim adiectivi peregris/e nullum est vestigium certum, deinde, quin hoc adverbio etiam quo quid mittatur, indicetur, non est dubium. Locativum autem ipsum eo sensu alibi adhibuisse priscos scriptores negandum esse ut infra sum demonstraturus, ita experiendum mihi videtur, num aliter huius adverbii usus possit explicari. Si autem quis dixerit 'peregre' esse accusativum generis neutrius et omissum substantivum 'locum', — quo sane generis neutrius usi sunt prisci — alia exempla adiectivi generis neutrius adhibiti ad locum in quem quid feratur significandum praepositione omissa afferre non poterit. Itaque pro certo habeo 'peregri/e' esse locativum substantivi agri praefixo adverbio 'per'. Significat igitur 'über Land'. Conferas autem quod attinet ad formam: interibi, interdum; ad usum: eminus, obviam, coram, quibus adverbiis ipsis variae locorum rationes significantur. — De adverbio praefiscini/e. Dicit Ebrard secutus Corssenum: „Cum sit locativus flexus de voce 'praefiscinum' — vorbefindliches Mittel gegen Zauber, Vorkehrung gegen Zauber, — significat: in Vorkehrung gegen Zauber befindlich, in Sicherheit gegen Zauber, unberufen." Sed substantivum effingere 'praefiscinum' a Linguae Latinae legibus est alienum, esset potius 'praefiscinium' eiusque locativus praefiscinii/e. Neque magis quomodo verbis supra allatis sensus explicetur, intelligo. Itaque puto a nomine 'fascinum' fictum esse adiectivum 'praefiscinis', ut a signo 'praesignis' (comp.

bahuvrihi). Est igitur praefiscinis is qui fascinum insigne prae ceteris habet, et 'praefiscini/e' est adverbium modale quod referas ad casum instrumentalem. Vim esse instrumentalem Ribbeck quoque dicit (de partic.). Idem explicat vertendo: Voran mit dem Amulet (drei Kreuze davor). Mea vero sententia proprie est vertendum: indem dabei ist ein hervorragendes (prae) Mittel gegen Verhexung (fascinum). — Sed mirum est ut in adverbio heri/e ita etiam in formis peregre, praefiscine, quibus adiunxeris -quarte, -proxime, -crastine (in diequ. diepr. diecr.) exitum ē/ī non ut in ceteris prorsus factum esse ī; quod dupliciter explicari potest. Aut enim hic ut in heri/e neque i neque e plane pronuntiabatur, aut modo ē, modo ī (nam sonum e fuisse correptum Kellero et Audouinio non credam, donec erit demonstratum) proferebatur. Qui illud contenderit, eo nitatur, quod in locutione diequarte, -proxime, -crastine adiectivo ex analogia idem sit exitus atque substantivo, cui arte est coniunctum, et in voce peregre duo soni e qui praecedant et insuper sonus r ad exitum e servandum aliquod contribuerint; qui hoc, utatur eo argumento, quod Romani illa vocabula pro adverbiis habuerint atque modo pro origine i, modo ut in adverbiis 'longe, pulchre', similibus pronuntiaverint e. Addatur ad praeferendam formam 'peregre', cum significet ex loco, aliquid contribuisse formas velut 'rure'. Utrumcumque verum est, singulis locis est diiudicandum ex codicum auctoritate quid sit scribendum, exceptis iis, ubi sensu locativo invenitur 'peregre' vel in parte librorum. Atque servandum id erit, nam ex verbis Charisii elucere videtur, posteriore aetate sensu locativo adhibitum esse peregri. Conf. Neue II. Scriberem ergo 'peregre' Amph. 5, 352, Pall. Naev. 84, Phorm. 970, Trin. 596, Pers. 29[a], Most. 957. — Formas peregri/e ut a me est factum derivatas nusquam inveni, nisi in indice Plauti substantivorum, quem confecit H. Rassow (ann. phil. suppl. XII). Ceteri omnes cogitare videntur de casu adiectivi peregris/e, atque omittere nolo esse qui formam peregrē censeant locativum terminatione casus propria carentem, ut Zieler, dubitans etiam Lindsay. Silentio transiit hoc adverbium fere nemo. — Addiderim Audouinium (pg. 340) putare 'praefiscini' locativum, 'praefiscine' instrumentalem. — De adverbio mane/i. Vox est originis dubiae. Atque veteres quidem cogitaverunt de aliqua forma no-

minis 'mānus', quod significat 'bonum'. (Non. 66, 8 Varro LL. V 14.). Lindsay autem dicit (pg. 396): „Mane if not an adverbial accusative may show a Consonant-stem 'Ablativ' suffix applied to an i-stem Mani-, Manes.“ Sed usum transferendi exitum ĕ ad stirpes quae finiuntur consonante iam in prisca Latinitate percrebruisse non multis probatur exemplis. (fortĕ Most. 694; Oceanó marĕ Varro Atac. apud Charis. 137, 12.) Verbis autem Prisciani (331, 16 H): „Vetustissimi solebant huiusce modi ablativum (sc. sorti, bili, civi) etiam in e proferre“, nil demonstratur, nisi illos scripsisse e (conf. quae sunt in inscriptionibus compromesisse, Devas alia). Atque mihi eo, quod ubi praepositio non additur, constanter est scriptum 'mane', indicari videtur, id esse locativum stirpis Man-, praesertim cum quid bonis (manis) sit cum eo, quod adverbio mane significatur, non intelligam. Quod attinet ad locutionem a mane/i, posterioris aetatis Romani dixisse videntur a mane (conf. Neue II pg. 646), sed veteres certe interdum flexerunt atque ut a mari ita etiam dixerunt a mani. Ita lectio 'a mani', ubi aliqua codicum auctoritate fulcitur, erit servanda. (Amph. 252, Luc. 9.) Sed etiam ceteris locis 'a mani' restitui velim. Nam quod traditum est 'a mane' partim posterioris aetatis usu explicatur, partim eo, quod fortasse scriptor ispse sonum e-i-ei expressit littera e. — Quae adhuc restant: 'mari, Lemuri, regione, pectore, pulvere' alia praeter formam 'montei' in extrema vocali regulam sequuntur et maiorem partem vim habent ablativo propriam. Formam 'montei' autem, cuius stirps esse videtur mont-, fictum esse analogia stirpium quae exeunt in -tei- putaverim. Atque has formas etiam ubi vim habent locativam Romanis fuisse ablativos persuasum habeo. Nam nihilo frequentius inveniuntur sensu locativo quam ablativi primi et secundi ordinis, quibuscum etiam interdum iunguntur, velut apud Ennium 'media regione', 'loco ac regione maneret'. Unum 'tramite', quod est apud Plautum, corrigi velim ac scribi 'tramiti'. Plura de his dicemus cum ad ablativum verum pervenerimus. De locativis quae senserint veteres grammatici atque viri docti exposuit uberius Neue II 644 sqq. De terminationum -i et -e mensura vide Wedding. l. s. Superesse videtur ut breviter quid iis locis de quibus dubitetur, scripserint editores, indicem. Heaut. 567 Fleckeis. Dziatzko 'heri', Umpfenb. 'here',

Mil. 503 Leo, ed. maior, ed. minor 'a mane'; Most. 534, 767. Amph. 252 Leo, ed. maior, ed. minor 'a mani'; Luc. 9 Baehr. 'a mani', L. Mueller 'a mane'. — 'temperi' Leo omnibus locis, item ed. maior praeter Ps. 1182, ubi 'temperei', As. 733, ubi 'tempore', Merc. 990, ubi 'tempore'; Tit. 22 Ribb. 'temperi'; ed. minor habet: Ps. 1182 et Men. 467 'temperei', Men. 1020 'tempore', item As. 733, Epid. 406; Merc. 990 'tempere', ceteris locis 'temperi'. — De formis luci/e editores mecum consentiunt. — Amph. 352 Leo 'peregre', ed. maior et minor 'peregri'; Pall. Naev. 84 Ribb. 'peregre', Phorm. 970 Dziatzko et Umpfenb. 'peregre', Fleckeis. -i; Amph. 5, Pers. 29 omnes 'peregri', sed Most. 957 -e; Pl. frgm. VI Caeci Leo 'in (i. e. isne) peregre', ed. maior et minor 'in peregre est. — Tit. 60 Ribb. 'rure'; Cas. 110 Leo 'ruri', ed. maior et minor 'rure'; Ad. 542 omnes 'ruri'; Merc. 760 'rurist'; Trin. 166 'ruri'; Truc. 669, 693, Most. 1076 Leo, ed. maior et minor 'rure'. — Poen. 431 Leo, ed. maior et minor 'Acheruntest', Capt. 330 omnes 'Alide', Poen. 1037 Leo, ed. min. 'Carthagini', maior 'Carthagine'; Cist. 130 ed. maior et minor 'Sicyone', Leo -i. — Pl. fragm. 108 vulgo 'tramite'; Ad. 613 Fleckeis 'pectori', Umpfenb. et Dziatzko -e. De ceteris locis aut dubitatio non est aut editores id quod ego suasi, quod in libris est, tenent.

Vim propriam ablativo, si numerum singularem tertii ordinis exceperis inveniri nusquam iam dixi.

3. Casus locativus et adverbia quae eius sunt loco quatenus adhibeantur eodem sensu atque accusativus loci.

Locativi forma etiam usos esse priscos scriptores ut indicarent quo quid moveretur contenderunt Mommsen (Herm. XVI 41), Ebrard (l. s.) secutus Delbrueckium (ALJ), Bell (l. s.). Videamus quae exempla attulerint ad sententiam suam confirmandam.

Mommsen ad verba legis Rubriae (ai. 705): quo magis privato Romae revocatio sit, dicit: Der Lokativ steht hier, wie so oft, auf die Frage wohin? Sed quamquam Romanos dicere solitos esse: 'revocare aliquo' ex Georgii lexico didici, tamen hunc locum interpretari audeo ita: quo magis in urbe Roma revocatione uti liceat. Copiam exemplorum largiorem proferre voluerunt Ebrard et Bell. Atque affert Ebrard (pg. 613 sqq.): 'peregre' Most. 25,

alibi; ʻhic accumbeʼ Pers. 792, praeterea locativos qui pendent ex verbis locandi, ponendi, statuendi, sternendi. — Bell (pg. 37 sqq.): Pl. Epid. 361 adveniens domi ut maritus fias; Pers. 731 transcidi loris omnes adveniens domi; Merc. 376 et eas et decumbas domi; Cas. 129 te ruri reddibo; ʻperegriʼ; Aul. 577 alicubi abstrudam foris, conferens As. 533 trudetur foras; ʻfiniʼ; Cas. 783 tandem ut veniamus luci; Pall. Turp. 7 Venire illi ubi . . . .; Cas. 353 tum igitur ego sortis utrimque partiam. — Illis addantur: CJL I 538 Coloniae Aquileiae deducendae; Phorm. 1012 itiones et mansiones Lemni; Coel. Antip. 25 Romae in Capitolium curabo; Andr. 70 ex Andro commigravit huc viciniae; Bach. 278 domi cupientes (conf. Hec. 262 studeo domum); Aul. 293 nempe hu[i]c dimidium dicis, dimidium domi (ita P, A deest); Amph. 296 advenientem hic me excepturus est; Cas. 420 scin tu ruri hinc esse ad villam longe?

Quos locos omnes aut aliter rectius intelligi aut corruptos esse equidem dixerim. — Atque de adverbio peregri et locativis qui pendent ex verbis statuendi, locandi, sternendi, abstrudendi iam satis est disputatum. Praeterea in Epid. 361, Pers. 731, Amph. 296 locativi sunt trahendi ad verbum finitum, similiterque Phorm. 1012 ad itiones supplendum ʻLemnumʼ, apud Turpilium habemus attractionem inversam, in inscriptione 538 Aquileiae est adiectivi dativus, versum Cas. 129 male intellexit Bell, sensus enim est: faciam ruri ut sis ieiunus. ʻDomi cupientesʼ et ʻdomi cupioʼ dicta sunt ut Amph. 132 quoius cupiens maximest, Mil. 963 quae cupiunt tui; genitivi igitur sunt, itemque ʻviciniaeʼ et ʻRomaeʼ, si recte ita legitur. Jam tria exempla quae restant quin corrupta sint, non est dubium, atque dudum restitutum Aul. 293 et Cas. 420 rus, domum. Denique Cas. 783 ʻluciʼ ut intellexit Bell, significaret locum, quod alibi non fit, sed nusquam non de tempore cogitari potest et cogitandum est, insuper versus mendo metrico laborat et scribit L. Mueller: Tandem ut veniamus rus, luci ego cras hic ero, mea quidem sententia recte. Postremo formarum ʻfiniʼ atque ʻutrimqueʼ priorem non ablativum, sed locativum esse probari nequit, posteriorem autem ut ʻinde, hincʼ, ab initio ablativi vicibus functam esse verisimillimum, immo certum duco. Qui vero sit factum, ut ablativus eo sensu usurparetur, quo illi voluerunt locativum, cum de ablativo dicam, sum expo-

siturus. — Neque alias inveni formas quibus indicaretur locus in quem quid moveretur, quae ad locativum genuinum non redire non possent. Locativum forsitan inveneris in adverbiis huc, istuc illuc, collatis Graecis *ποῖ*, *οἷ*, sed res est admodum incerta (cf. Linds. pg. 569), et iis quae disputavi etiam fit incertior. Adverbium autem foras aptius ad accusativum quam ad locativum referri patet. Licet igitur contendere: Prisci scriptores Latini locativi formam ipsam nusquam adhibuerunt, ubi cogitarunt aliquid moveri aliquo. Neque tamen ignoro in quibusdam linguis Indogermanicis ut in Sanscritica rationem esse aliam, sed inde nil certum efficitur ad usum Latinum.

Linskot autem (l. s.) pluribus exposuit vim illam locativo Indogermanico propriam in Latina lingua transisse in casum dativum. Licet vera sit haec sententia, tamen ad hanc quaestionem non multum valet, nam prisci scriptores ne dativo quidem ita sunt usi, ut quo quid moveretur indicarent. Invenitur sane sescenties dativus finalis pendens ex verbis movendi, sed omnibus locis non solum indicatur qua regione quid moveatur, sed etiam quem ad finem et quo consilio quid fiat, sive quid agendo quis velit efficere, velut in locutionibus morti mittere, quaestioni dare; Luc. 447 contra flagitium nos ire bello. Recte de hac re disputat Landgraf (arch. lex. L. VIII 450 sqq.), falso Schroeter (l. s.), illos enim dativos omnino locativos existimat. — Hic etiam locus videtur breviter mentionem faciendi errorum, qui librariis saepissime acciderint ut commutarent inter se adverbia hic, hinc, huc, istic, istinc, istuc, sim. Exemplorum copiam maiorem mihi exscripseram. Sed cum ii errores observentur in commutandis non solum adverbiorum, sed etiam pronominum formis, quae inter se sunt similes, ibi vero, ubi adverbia magis forma differunt, velut ubi - unde - quo, nusquam inveniantur, inde nil effici expertus sum. Itaque haec praetermitto.

B. De ablativo casu et adverbiis quae eius sunt loco.

1. Describitur forma ablativi atque enumerantur genera adverbiorum, quae aut formam habent ablativi aut ablativi sunt loco.

De ablativi pluralis forma nihil est memorabile. Atque de forma ablativi singularis tertii ordinis quoniam iam disputavi, restat ut breviter dicam de ablativo primae et alterius declinationis. Formabatur adiecta ad stirpium exitum -a atque -e/o terminatione *d, i. e. consonante d cum vocali, de cuius natura non satis constat, itaque eveniebant ablativi in ād atque ēd / ōd, qui deinde d amisso facti sunt ā et ē / ō. Ad ablativum numeri singularis etiam redeunt omnia adverbia, quae exeunt in ā et ō.

Erant igitur ab initio ablativi generis feminini adverbia hac, istac, illa(c), ea(dem), aliā, -qua, qua-, qua, recta, dextera, sinistera, una, contrā (ita ubique metiendum verisimile esse demonstravit Wedding l. s.), supra(d), inf(e)ra, -circa, fortasse etiam iuxtā. Ablativos deinde esse generis masculini formas intro, citro, retro, porro, ultro (contro-) probatur eo, quod in inscriptione quadam vetere scriptum invenitur 'porod' (Linds. 568).[1])

Adverbia isto, illo, eo, quo quin ablativi sint eiusdem generis atque porro, intro, retro, iure non dubitatur; sententiae Schroeteri qui locativos esse dicit hodie nemo iam assentietur.[2])

Difficile est iudicium de formis 'hoc, istoc, illoc'. Quamquam enim verisimile videtur, hos esse ablativos hō-, isto, illo, adiecta particula -ce, tamen dubitatio oritur, quia eodem plane sensu occurrunt etiam huc, istuc, illuc. Et certum quidem de his affirmare non licet, conf. Linds. pg. 569, qui iudicio abstinet. Forsitan tamen res haec est. Accusativus singularis generis neutrius stirpium ho-, isto-, illo- erat hod, istod, illod atque addita particula -ce: hoc(c), istoc(c), illoc(c). Debebat autem ŏ, cum sine accentu proferebatur, abire in ŭ, conf. 'remus, aliud', sed cum acuebatur servari, conf. 'quod' interrogativum. Quae cum ita sint, huc, istuc, illuc pro accusativis habeo, atque hoc, istoc, illoc utrum sint ablativi an accusativi non diiudico.

Alterum est suffixum ablativo sensu -m, quod invenitur in 'hinc, istinc, illim (illinc)', atque insuper addita particula -de in adverbiis 'inde, unde', et quae cum iis sunt composita. Neque

---

[1]) Qui linguis Indogermanicis student comparandis magnam partem adverbia in -a et -o habere videntur pro instrumentalibus. Delbrueck tamen in adverbiis quae cadunt in -ā agnoscit ablativos (Synt. pag. 565), sed quae in -o, habet pro instrumentalibus (pg. 583), atque consentit in hac re cum Zielero (pg. 12 et 38). Lindsay autem rectius dicit casui instrumentali in ulla voce Latina proprium esse exitum non demonstratum. Refero igitur ad ablativum quae per formam ad eum referre licet, ceterorum ut vocabulorum hinc, illim, inde, unde exitum dixerim originis incertae, licet in formis hinc, illim instrumentalem agnoverit Zieler, locativum Bell. Vim aptissime ex ablativo explicari demonstrabo.

[2]) Formam 'quōd' invenire sibi Ribb. est visus Pac. 225 (Non. 467, 25) quid tandem? ubi east? quod receptast? — Exul incerta vagat. 'quod' libri, sed iidem 'receptat.'

de origine quidquam constat, quamquam ad suffixum -de confertur Graecum -θε(ν).[1])

Tertium genus ablativorum efficitur adverbiis quae desinunt in -tus, conf. Graecum -τός in 'ἐντός, ἐκτός', et Sanscriticum -tas in adverbiis velut 'yatas, tatas', sed etiam in substantivis ut 'namatas'. In his numeranda Latina 'intus, subtus, penitus'. Sed hactenus de formis.

2. Demonstratur quomodo fieri potuerit, ut ablativus adhiberetur non solum sensu genuino, sed fungeretur etiam omnibus vicibus casus instrumentalis et magnam partem accusativi quoque loci.

Quod attinet ad sensum, primo visu promiscue fere hos ablativos adhibuisse videntur Romani sensu modo ablativi genuini, modo instrumentalis, modo locativi, modo accusativi. Jam nostrum est de hac re inquirere accuratius atque experiri, num forte certas leges eruere possimus aut saltem demonstrare, qui sit factum, ut usus in his minime sibi constaret. Quod quantum scio, nondum quisquam conatus est.

Demonstravimus supra adhiberi accusativum ut indicaretur, quo quid moveatur, spectet, tendat aut quam in partem ab aliquo loco quid sit vel fiat. Verum imagine rei oculis vel animo obversantis quodammodo inversa factum esse videtur, ut idem etiam indicaretur formis quae redeunt ad ablativum. Quae inversio quamvis mira primo videatur, tamen in aliis quoque observatur. Velut conferatur Graecum: *ἐκ τροχηλάτων δίφρων κυλισθείς* (Soph. El. 50) cum versu eiusdem poetae: *πάντες ὥστε τοξόται σκοποῦ τοξεύετ' ἀνδρὸς τοῦδε* (Antig. 1032), atque hoc: *καὶ τότ' ἐξαίφνης χθονὸς τυφὼς ἀείρας σκηπτὸν, οὐράνιον ἄχος, πίμπλησι πεδίον* (Antig. 417). In lingua enim Graeca genetivus ablativi genuini est loco. Praeterea conf. La-

---

[1]) Illud -de substantivis falso adiunxerunt Baehrens (in poet. fragm.) et Bergk (symb.) Traditum est enim apud Servium Dan. ad Aen. III 10 ut Naevianum: noctu Troiade exibant (Baehr. frgm. 4), atque Enn. frgm. 144 (Cic. Cat. mai. 6, 16) Baehrens scripsit: Quo vobis mentes rectae quae stare solebant antehac dementes sese flexere viade. — In codicibus est 'via'. Patet autem apud Naevium scribendum esse Troiad (ita Voss), nam errore bis scripta est littera e, itaque Ennio cum Lambino tribuere malim viai.

tinum 'prope me' Francogallico 's'approcher de quelqu'un', denique Pl. Bach. 288: 'e portu navis solvitur' cum verbis Quintiliani: 'oram solventibus nobis bene precemur' (inst. orat. praef.). — Usi igitur sunt Romani ablativis ut dicerent, quo quid moveatur, velut in adverbiis 'intro, alio, eo, quo', ut quo quid sit versum, in priore parte adverbiorum 'aliorsum, quorsum, retrorsum' sim. (conf. arvorsum ead SC de Bacch. 24.) Denique quo quid pertineat significatur formulis ad ablativum referendis: Men. 661* ex tua re feceris; Pers. 563 ex tuo usust; Merc. 394; Ps. 338 ex tua re non est ut ego emoriar; Ad. 817 id de lucro putato esse omne. — Eodem spectat quod ablativo indicatur rei cuilibet hominem esse addictum, adscriptum. Exempla sunt: Ps. 203 qui amant a lenone (= puellas quae sunt a lenone); Truc. 131 mala tu femina's, oles unde es disciplinam; Eun. 927 a meretrice amara virginem quam amabat; Hec. 756 si esset alia (mulier) ex hoc quaestu; Ad. 362 atque hercle hic de grege illost; CJL I 1065 ego sum Lutatius Paccius Thurarius de familia Mitredatis; I 198 16, 22 trib. mil. l. IIII primis aliqua earum; I 1067 servos publicus ex basilica Opimia. — Similiter explicandum est, quod ablativo significatur, per quem locum ex munere alicuius potestas valeat. CJL I 864 magistri de duobus pagis et vicei Sulpici; atque genetivum etiam habes I 802 pagi Janiculensis magistri, sed locativum certum ita adhibitum non inveni, immo exempla omnia aut ad ablativum aut ad genetivum obiecti referri possunt. Itaque vel hac de causa pro genetivis habeo: Enn. ann. 46 (Atil. Fortun. 284 K) olli respondet rex Albai Longai; Luc. 453 (Non. 351, 6) publicanus ut Asiae fiam; Enn. ann. 141 (Oros. IV 1, 14) pater optime Olimpi; CJL I 1235, 1236 Nolae IIII vir, 1236 (C)audi II vir; et pro ablativis CJL I 1279 magistri Laverneis; Luc. 59 (Cic. de fin. I 39) Graece ergo praetor Athenis — te saluto, nam 'Athenis' cum verbo coniungere esset ineptum. — Deinde ablativis loci sicut accusativis, multo vero saepius usi sunt Romani, ut dicerent, qua regione sive quam in partem ab aliquo loco quid esset vel fieret. Non fecerunt autem id, nisi tum cum aut verbis ipsis duo loca inter se opponuntur, aut eiusmodi oppositionis imago menti saltem obversatur, frustraque quaesiveris exemplum velut: pueri ab horto vicini sunt, pro 'in horto'. Ita solvitur

difficultas quae esse videtur in exemplis velut his: Trag. Enn. 30 (Cic. acad. II 28, 89) Diana facem iacit a laeva; Acc. praet. 38 (Cic. de div. I 22, 44) cepit cursum ab laeva signum praepotens; Enn. ann. 355 (schol. Bern. ad. georg. IV 7) ab laeva (sc. manu sive parte) rite probatum; Cat. Jord. 35 (12) (Char. II 191 P) hostes esse ab dextera parte; similia habes As. 260, Aul. 624, Cist. 641, Men. 838, Mil. 607, Luc. 237 (Porph. Hor. sat. I 2, 68) a laeva lacrimas muttoni absterget amica, (ita L. Mueller VIII 8, Baehr. a, laeva . . . ., intelligendo 'a', ut videtur, interiectionem, sed conf. de re Hor. sat. I 2, 125. — Acc. praet. 12 (Non. 22, 15); Pall. inc. inc. 44 (Cic. Tusc. I 39, 94); Ad. 788 quisnam a me pepulit fores (= a mea domo). — (Aliter etiam intelligas: Andr. 734 hinc ab dextera venire me assimulabo; Amph. 244 ab dextera maximo cum clamore involant). — Is usus praecipue invenitur in verbis standi et iudicandi (π).

Merc. 977 ego adsistam hinc altrinsecus; Rud. 808 age alter istinc alter hinc adsistite; Enn. ann. 173 (Macr. VI 1, 19) non semper vostra evortit, nunc Iupiter hac stat; Curc. 250 ea omnes stant sententia; Men. 799 hinc stas, illim causam dicis; Trin. 383 istac iudico; Rud. 1101 dum hic hinc a me sentiat. — Atque nunc abs te stat verum hinc ⟨c⟩ibi⟨t⟩ testimonium; codd ibi, Dousa ibit, quorum alterum utrum si accipimus, pars posterior non huc spectat. Leo in annotatione: hinc ⟨stabit, ubi rem audierit — Tuomne scelus viri superabit Gri⟩ pi testimonium.

Sed scripta sunt etiam haec: Rud. 206 hic saxa sunt, hic mare sonat; Trin. 231 utra in parte sit plus voluptatis; Truc. 153 cum et hic et illic pervorsus es; Afran. 226 (Non. 375, 5) tibi in utraque parte pollet et pariter potest; neque opus est coniectura Bothii, L. Muelleri: in utramque partem. Hec. 427 etiam tu hic stas, vel sensu postulatur 'hic'.

Verum in quibusdam adverbiis ad ablativum referendis longius progressi sunt hac via Romani et adhibuerunt etiam, ubi non iam de oppositione agitur, atque observatur id in adverbiis quae cadunt in -a(d) et -tus, quamquam etiam hoc ex eodem fonte atque quae praecedunt manasse apparet. Sed in adverbiis utrimque, undique, altrinsecus, extrinsecus, intrinsecus ratio est haec, ut cum adhibeantur aut ea pars, de qua est sermo, alteri opponatur aut singulae partes eiusdem rei nexu quodam inter se contineantur itaque quasi inter se oppositae cogitentur. Id suo

loco exemplis omnibus allatis apparebit. Interim in re ipsa pergamus. Attuli (pg. 19) exempla quibus elucet Romanos usos esse ablativis ad originem significandam. Inde proficiscentes aliud genus ablativorum explicabimus, qui positi videntur sensu locativo. Nam 'civis hinc', 'peregrinus ex alio oppido' plerumque erit 'civis ex hac urbe', 'peregrinus ex alio oppido' ortus sive natus. Sed cum ablativo etiam indicetur, quo quid pertineat, 'civis hinc' etiam is est, qui civitatem habet huius urbis neque in hac urbe est natus, et hunc sensum interdum subesse mihi certum videtur, quamquam exemplum, de quo non dubitetur, proferre difficile est. Jam altero usu alteri concurrente factum est, ut ablativo significetur, ubi quis obtineat sedem certam atque stabilem. Exempla: As. 52 amet istam meretricem e proximo; Aul. 31, 171, conf. 290; Cas. 1013, Stich. 431 amicam ego habeo Stephanium hinc e proximo; Merc. 42 (corr. Bothe); Andr. 892 civem hinc; Eun. 952, saepe; Eun. 234 quendam hinc; Ad. 541 a villa mercennarium vidi; CJL I 587 populus Laodicensis af Lyco, quo redditur Graecum 'πρὸς τῷ Λύκῳ'; CJL I 1011 lanius de colle Viminali; I 1027 margaritarius de sacra via. Vix recte scripsit Ribb.: Afran. 387 (Non. 12, 17) ancillulam vestrae hic erae vestispicam.

Si non certam atque stabilem esse sedem indicatur, etiam adhibetur locativus, vide Curc. 429, Poen. 1044, Ps. 971. Quae tamen re non differunt ab exemplis supra allatis. Alia res est CJL I 199, 6 quei oritur ab fontei enManicelo. Conf. de hac re Nipperdeum, pg. 181 sqq., qui ipse nullum veri locativi formam affert.

Denique in lingua Latina casus ablativus etiam pro instrumentali est, itaque usurpatur, ut indicetur

1. duas res arte inter se esse coniunctas: Leg. XII tab. VI 7 tignum iunctum aedibus † et concapit ne solvito. 'Aedibus' trahere ad 'solvito' prohibemur verbis 'et concapit', in quibus latere videtur, unde tignum solvi vetetur. Mommsen voluit: e compage, alii alia.
2. qua via aut regione quid moveatur: Truc. 248 hac nocte illac per hortum transsiluit ad nos; Heaut. 588 abi sane istac (abl. viae).
3. per quod spatium quid extendatur: CJL I 583 qua ager privatus est: Cat. RR 39 (26) qua locus recte ferax erit, qua non erit. Conf. Audouinium pg. 338, Kellerum pg. 350.

3. Adverbia atque ablativi nominum percensentur.

Omnes ablativos, qui in hanc quaestionem cadunt, deinceps percensebimus, indicantes in singulis, quatenus sint positi ita, ut aut omnino non iam sentiretur aut saltem primo visu non agnoscatur vis ablativo propria. Sed ne sescenties idem sit iterandum et quia saepius idem exemplum varie licet intelligere et explicare, tabulam conscripsi qua eluceret quot modis omnino ablativus in prisca Latinitate adhibeatur. Tamen etiam nunc abstineo ab ablativis nominum positis sensu prorsus locativo, quippe quos unum in locum congestos sim posthac tractaturus.

Adhibetur de loco ablativus:

I. sensu proprio, ut indicetur:

1. unde quid proficiscatur aut petatur aut absit aut sit ortum,
2. quo e loco quis agat;

II. eodem aut simili sensu atque accusativus loci ut significetur:

1. quo quid moveatur aut tendat,
2. quo quid pertineat aut sit referendum,
3. quam in partem versus inde ab aliquo loco quid agatur aut versetur;

III. sensu instrumentali cum dicitur:

1. alteram rem cum altera arte esse coniunctam,
2. qua via vel regione quid moveatur,
3. per quod spatium quid extendatur.

Littera adiecta in singulis quae sequuntur indicatur, quo quodque exemplum spectet aut unde explicatio sit petenda.

a) De adverbiis.

α) quae exeunt in -m. Habemus hinc(e), istinc, illinc (illim), inde, indidem, alicunde (aliquonde), aliunde, unde, unde unde. I, 1—2. Huc praeterea spectant: Aul. 402 sed quid hic clamoris oritur hinc e proximo; Mil. 154 foris concrepuit hinc; 1377 sensi hinc sonitum fecerunt fores. Possunt tamen etiam referri ad II, 3; As. 618 alter hinc, hinc alter appellemus, I, 2; Most. 565 hinc et illinc exhibent negotium, I, 2 vel II, 3; Baehr. Naev. 56 (Paul. 271) alius aliunde rumitant inter se, I, 2 vel II, 3; Truc. 131 oles unde es disciplinam, II, 2; Poen. 560 peregrinus aliunde, I, 1 vel II, 2; Mil. 607 nequis aut hinc aut ab laeva aut ab dextera nostro consilio venator adsit, II, 3;

Rud. 808 istinc-hinc; Merc. 977 hinc; Men. 799 hinc-illim; Rud. 1101 hinc, II, 3; vide pg. 39. Amicam hinc: Stich. 431, et similia saepius, I, 1 vel II, 2. Luc. 277 (Non. 165, Fest. 270) praesul ut amptruet hinc, ut volgus redamptruet inde, II, 3. — Attractionem habemus inversam Merc. 511 illim unde; Cist. 61 indidem unde, v. pg. 19. — undique (π): Most. 685 ita mea consilia undique oppugnas male, I, 2; Merc. 75—77, navém metretas quaé trecentas tólleret, parásse atque eam sempér scis vectatum úndique, adeó dum quae tum habéret peperissét bona. Versus 76 ita sensu caret, scripsit Leo: 'parasse atque ea se merces mercatum undique' ac dicit: 'ad vectandi verbum undique non poterit quadrare'. Ritschelius post v. 76 aliqua intercidisse suspicatus est; alii aliter emendare conati sunt. Quod attinet ad verbum vectandi iunctum cum adverbio undique, conferas Cas. 373 tum igitur ego sortis utrimque . . . iam. Verbum deest, sed Leo ipse dicit deesse quale 'dividam'. Atque equidem non audacius puto his locis posita fuisse 'undique, utrimque' eodem fere sensu atque accusativos loci. Quod verbum supplendum sit Cas. 373, in medio relinquo, verum Merc. 76 scripserim: parasse atque ea se vectum mercatum undique, quodsi probaveris coniungere etiam licet: mercatum undique. Fortasse autem illa a verbis traditis nimis abesse videntur. — Trag. Enn. 254 teneor consipta, undique venor (Non. 183, 14), I, 1 vel I, 2; Pac. 415 (Cic. de div. I 14, 24) undique omnes venti erumpunt, I, 1 vel I, 2; item: Enn. ann. 110 (Macr. VI 1, 16) concurrunt undique telis; id. 288 (Macr. VI 3, 2) undique conveniunt velut imber tela tribuno — nec pote quisquam undique nitendo corpus discerpere ferro; Laev. 27 (Apul. apol. 30) philtra omnia undique adruont, codd. 'eruont', 'irruunt' Salmas. — Id. Baehr. pg. 288 (8) (Gell. XIX 7, 3) corpore tenuato undique obeso, II, 3. — utrimque (π): Amph. 111 utrimque est gravida, I, 1; 219 postquam utrimque exitumst maxima copia, I, 1; 228 clamorem utrimque efferunt, I, 2; 227 tubae contra utrimque occanunt, I, 2; 229 imperator utrimque hinc et illinc Jovi vota suscipere, I, 2; Cas. 373 vide supra, II, 1; Ps. 391 ego scio istuc: ergo utrimque tibi dilectum para e. q. s., ita P, sed A: ego scio istunce ergo utrumque e. q. s. In sensum optime convenit quod partim A, partim P secutus Leo scripsit: ego scio istuc, — Ergo utrumque

(sc. age), tibi n. d. p. — Enn. ann. 263 (Macr. VI 4, 6) horrescit telis exercitus asper utrimque, II, 3 (fere locative); 302 (Macr. VI 1, 21) tollitur in caelum clamor exortus utrimque, I, 1 vel I, 2; Cl. Quadr. 85 (Gell. IX 1, 1) sagittarius cum funditore fortissime spargunt utrimque, I, 2; 96 multis utrimque interitis, II, 3 (fere locative). Traditum est fere: utrumque (Prisc. VIIII pg. 869 P 484 H); Corn. Sis. 36 (Non. 80) at binum milium numero sauciis utrimque factis, I, 2 vel II, 3. — utrimque secus (π), II, 3 (quasi locative): Cat. RR 27 (19) utrimque secus laminas supponito; 27 (23) cupa qua fini in modiolos erit, utrimquesecus imbricibus ferreis quattuor de suo sibi utrimque secus facito qui figas; 27 (28) foramen pertusum utrimque secus (traditum est utrūque secus). — altrinsecus (π) conf. Ritschel. opusc. III. II, 3: Merc. 977 ego adsistam hinc altrinsecus; Mil. 446 quin retines altrinsecus (qui detenes B, qui detines CD, corr. Bentl.); Ps. 357 Pseudole, adsiste altrim secus atque onera hunc maledictis; 862 tu teneto altrinsecus; Rud. 1158 post altrinsecus est securicula ancipes. — intrinsecus (π) II, 3: Cat. RR 28 (3) ne cupa et clavus conterantur intrinsecus. Traditum est: utrīsecus, 'intrinsecus' corr., 'utrinsecus' A, 'intrinsecus' bm, 'utrisecus'c, 'utrīsecus' Vf.; 77 (1) eabus (scopis) latera doliis intrinsecus usque bene perfricato. — extrinsecus (π) II, 3: Cat. RR 27 (25) supra imbrices extrinsecus cupam pertundito; 36 (17) caementis cum luto summam extrinsecus oblinito; 56 (5) ea (amurca) unguito fundum arcae et angulos et extrinsecus pedes; (Antip. 34. Cic. de div. I 24, 48 utrum ea solida esset an extrinsecus inaurata; utrum verba sint Ciceronis an Antipatri est dubium). — Particula secus mihi videtur oppositio urgeri. —

Quo cognoscatur quid intersit inter adverbia undique, utrimque atque ubique, utrobique, eorum quoque exempla adicio (π): Luc. 805 (Non. 223, 25) in codicibus est: saxa et stridor ubi atque erunt dum sibilus institis; scripsit Baehrens: 'saxa ad stridor ubique, rudentum sibilus instat'; L. Mueller: 'saxa et stridor ubi atque ruentum sibilus instat'. Quoniam alio loco in prisca Latinitate adverbium ubique non inveni, assentior L. Mueller. — utrobique: Cist. 688 nam et intus paveo et foris formido, ita nunc utrobique metus me agitat, 'utrubusque' VE; Mil. 466 ut utrobique orationem docte divisit suam; i. e. modo personam

agens Glycerae, modo Philocomasi; 'ut ubique' B_1, 'ductae durt uttuam' CD, sim. B, corr. Mueller. — Et igitur utrobique: 'utroque loco separatim'.

β) quae exeunt in -o.

isto, illo, eo, eodem, aliquo, alio, quo, quoquo, utroque, (altro, quoque), quocunque, quoquam, quopiam, nequo, (et si redeunt ad ablativum: hoc, istoc, illoc) cum sensu quo vulgo adhibentur sunt posita, spectant ad II, 1—2, cum sunt copulata particula -versus, ad II, 1. —

intro, retro, ultro, citro, porro. Intro invenitur ita ut spectet ad II, 1—2 vulgo, praeterea quasi locative, II, 3 (π): Cat. RR 81 (7) uno verbo omnia sana faciet [et] intro quae dolitabunt (in alvo); 83 (7) si polipus in naso intro erit. — retro: Enn. Sot. fragm. 535 (Censor. 70 H) ille ictus retro reccidit in natem supinus; Trag. Pac. 334 (Fest.) rapide retro citroque percito aestu praecipitem ratem reciprocare. In codice est: 'rapido reciproco percito angusto citare rectem'; Ribb. ut indicavi, Hermann 'ultro citroque'; II, 1. Memorabilis est usus (π) II, 3 (quasi locative): Heaut. 903 est mihi ultimis conclave in aedibus quoddam retro; Luc. 728 (Non. 326, 32) et sua perciperet retro rellicta iacere. — ultro de loco (π) II, 1: Amph. 320 ultro istunc qui exosset homines; Capt. 551 ultro istum a me; Cas. 459 ultro te amator, apage; Rud. 829 ultro te; Most. 607 ultro te, 'Vetro te' P, 'uno . . . .' A. — ultro citroque (π) II, 3: Cat. RR 33 (8) ultro citroque perpetuos sulcos ducito; Cat. orig. 95 (Gell. VI, 3) ea nunc repente tanta beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus? Interpreteris aut: beneficia ultro citroque oblata (I, 1), aut ultro citroque relinquemus (II, 3); Corn. Sis. 89 (Non. 127) ultro citroque integrant in oppido caedem (I, 2 vel II, 3)[1]. — retro citroque vide supra. Citro ipsum non invenitur. — porro. Plerumque ita scribitur ut actionem incohatam continuari indicet. Eum sensum, cum locali mixtum, invenio: Poen. 1152 lachanna vos quos ego iam detrudam ad molas, inde porro ad puteum; Merc.

---

[1]) Non de loco est dictum ultro: Men. 359 item hinc ultro fit (oben drein), alibi.

651, 939, Mil. 960, 1049, Most. 921, Trin. 939, Cat. Jord. 35 (14), (15), Afran. 74. Apud Terentium unum tale est exemplum, ubi de loco cogitare possis: Phorm. 922 discripsi porro (argentum). — Unum locum inveni, ubi non ita possit intelligi: Rud. 1034 ubi tu habitas? — Porro illic longe usque in campis ultimis, II, 3. — retro, intro etiam in adverbiis retrorsum, introrsum, II, 1.

γ) quae exeunt in -tus: intus, subtus, penitus, (divinitus).

Intus longe saepissime adhibetur sensu locativo. Distinxerunt ergo Romani inter formas intus, intro, intra, quae ab initio fere idem significabant ita, ut postremo intus uterentur ut locativo, intro ut accusativo loci, intra ut praepositione. Atque sensu locativo occurrit intus apud omnes scriptores, etiam apud Catonem in libro de re rustica, (36, 3; 81, 3; conf. Keili comm. pg. 182). Vide etiam Luc. 245. Item locative est positum: Aul. 270 vascula intus pure propera atque elue, conf. Ad. 917 tu illas abi et traduce; Bach. 227 tu intus dicito Mnesilochum adesse (= cum intus eris); Men. 130 hanc modo intus uxori pallam surripui (fortasse); Trin. 1100 thesaurum effodiebam intus; Pall. Caec. Stat. 40 (Non. 75, 25) hic in tenebris intus sese abscondidit. Sed vim genuinam servavit (π) I, 1 (conf. Neue II 742, qui tamen non omnia exempla attulit): Amph. 770 intus pateram proferto foras; As. 585 Philaenium estne haec quae intus exit; Aul. 201 aurum mi intus harpagatumst; Bach. 95 et tibi argentum iubebo iam intus ecferri foras; 796 servos arcessit intus qui me vinciant; 1050 binos ducentos Philippos iam intus ecferam; Cas. 350 exit foras Chalinus intus; Cist. 638 aliquis intus prodeat; Epid. 380 abs te sum egressus intus; 476 fidicinam produci intus iubes; Men. 218 evocate intus Cylindrum; Mil. 1169 ubi ille exierit intus; 459 ecfer mihi machaerum intus; 1197 iam exiturum esse intus; Most. 405 iam iube ecferri intus; 675 evoca aliquem intus ad te; 687 foras Simo progreditur intus (A: ʻipsiusʼ); Ps. 131 atque ipse egreditur [pe]intus; penitus AP, corr. Rittershusius; 604 intus evocabo aliquem foras; 1121 aliquem evocem hinc intus; 1241 at iam ego intus promam viginti minas: ita A, P ʻinultusʼ; Cas. 855 eximus intus; Pers. 301 egreditur intus; Truc. 255 ecquis intus exit; 480

fer huc verbenam intus. Huc etiam refero: Mil. 1392 intus clamorem audio, trahens 'intus' ad 'clamorem'. — Vides omnia exempla esse Plautina. Itaque Eun. 762 tu abi atque obsera intus, habemus locativum, non ablativum, atque reicienda est Fleckeiseni coniectura ad Andr. 117 ecfertur intus. In codicibus est (teste Umpfenbachio): 'ecfertur, imus', quod recte tenuerunt Dziatzko, Umpfenb. Nam quin consulto evitaverit Terentius hunc adverbii usum, qui scaenarum aliquot clausulas respexerit, non iam dubitabit. Item reicio Baehrensi coniecturam ad Enn. 343 (Non. 515, 15) quae valide venit intus falarica missa. In codicibus est: veniunt f. m. Conieci: quae valide veniunt ut m. f. Apud Terentium est in Umpfenbachi editione Andr. 977: sequere hac me intus, apud Glyceriumst. Sed vitium sustulit Fleckeisen distinguendo: sequere hac me: intus a. Gl. — Truc. 840 traditum est: eamus tu intus. — Quid vis intus? Sed dudum restitutum: 'in ius.'. 'Intus' igitur vim accusativi loci habet nusquam. — subtus (π) II, 3: Cat. RR 41 (21) uti subtus homo ambulare possit, facito; 80 (13) cancer est fistulosus et subtus suppurat sub carne. Etiam ad I, 2 vel II, 1 referas 62 (21): lauri folia subtus addito. — penitus. De loco positum invenitur (π): Trag. Pac. 99 (Fest. 343 M) est ibi sub eo saxo penitus strata harena ingens specus, II, 3; Acc. 401 (Cic. de nat. deor. II 35, 89) Triton subter radices penitus undante in freto molem ex profundo saxeam ad caelum erigit, II, 3; Acc. 62 (Non. 187, 25) quod/di ín sedem ínfernám penitús depréssum altis clausere specis, II, 1 vel II, 3; Trag. inc. inc. 154 (Cic. de off. II 4, 13) ferrum aes argentum penitus abditum, II, 3. Num de loco sit dictum dictum dubito: Nin. Crass. 2 (Prisc. I 502) penetrat penitus thalomoque potitur. Correctum est Ps. 131, conf. Langen l. s. pg. 80.) — Alia adverbia quae exeunt in -tus non ita occurrunt, ut de loco omnino sit cogitandum, fortasse praeter unum 'divinitus', de cuius ipsius vi locali aliquo modo tamen liceat dubitare vel his locis: Amph. 1105 divinitus latae suppetiae; Curc. 248 solus hic homost qui sciat divinitus; Enn. ann. 8 (Varr. LL V 59) venit divinitus pullis ipsa anima. In ceteris quae occurrunt Romani certe vim loci non iam senserunt, conf. velut radicitus, exradicitus Most. 1111—12.

δ) quae exeunt in -ā (praeter ablativos viae).

contra. Contra est: ex parte altera atque opposita. Inde vocabuli usus et rationes diversae omnes explicantur.[1]) — Vis loci iam fere evanuit in locutionibus velut Cat. orig. 95 summa vi contra nititur ; Ad. 877, Luc. 590. Sed de loco cogitandum est (π): Amph. 227 tubae contra utrimque occanunt, I, 1 vel II, 3; 339 hominem contra conloqui, I, 2; Bach. 535 adibo contra, III, 2; Capt. 664 contra astitit, II, 3; Cas. 939 uxorem aspiciam contra oculis, II, 3 vel I, 2; Curc. 162 mihi contra ut sistas, II, 3; Mil. 3 contra conserta manu, I, 2 vel II, 3; Most. 1105 aspicedum contra me, II, 3 vel I, 2; Pers. 155 contra adgredibor, III, 2; 208 te astans contra contuor, II, 3 vel I, 2; Ps. 707 confer gradum contra pariter, III, 2; Rud. 241 adi contra, III, 2; 692 malitiae lenonis contra incedam, III, 2; Stich. 772 omnis voco cinaedos contra, I, 2 vel II, 3; Truc. 124 fer contra manum, III, 2; Trag. Acc. 541 (Non. 512, 12) contrast eundum, III, 2; Enn. ann. 304 (Macr. VI 2, 28) contra fluctus extollere certant, I, 2 vel II, 3; Volc Sed. 1 (Gell. XV, 24) contra sentiat, II, 3; Cat. RR 24 (15) uti ora contra sient, II, 3; Corn. Sis. 72 (Non. 142) contra magno cum molumento procedunt, III, 2; — Ps. 158 adsistite omnes contra me. Ita scripsit Leo, sed quae sequuntur in codicibus sunt corrupta; Wedding ut ă evitetur vult scribi: adsistite contra omnes mihi et quae loquar advortite animum; Pers. 13 contra me astat. Ita Leo, BD 'contra mea stat', C 'me contra astat', A 'contra —'. Accusativus 'me' pendet ex praepositione, quae est in verbo, II, 3. — supra(d) (π), II, 3: CJL I 198, 24 supra scripta; 200 7, 24; 204 I 16, II 25, I 196 21 suprad scriptum; item 196 25, 29; I 200 16, 18, 23, 29, 72, 73, 93: s. s.; Cat. RR 23 (12)

[1]) Plerumque optime vertitur: meinerseits, deinerseits, sim. Ita est Amph. 218, 222, 236, 655, 694, As. 377, Aul. 20, Cas. 49, 50, Cist. 95, 132, 193, 239, Curc. 163, Epid. 547, Mil. 101, 122, 190, 198, 244, Pers. 813, Trin. 900, Vid. 67, Hec. 70, 582, Ad. 50, 877, Enn. trag. 277, Ps. 281, Naev. praet. 6, Luc. 439, 590, 670, 822; andererseits: Acc. 310, Caec. Stat. 263, Luc. 119; anders, dagegen: Val. Aedit. 2; interdum significat: im Gegenteil: Truc. 551, Pac. 372. Ad substantivum trahas in locutionibus: contra constare, vendere, carum esse ut Epid. 411 non carust auro contra, sc. dato. Mil. 658, 1075, Ps. 688, Truc. 538, Pall. Caec. Stat. 48 ferre possum etiam nisi contra constat contumelia.

supra posita, ibid. 60 (4), 82 (7) Q. S. S. E; 62 (8), 79 (30) quae supra scripta est; 10 (13), 62 (13) ut supra dixi; 56 (21) supra stet amurca facito; Cl. Quadr. 7 supra ostendi; 19 supra demonstravimus. Locus est desperatus Corn. Sis. 33 (Non. 57), vide Peter. pg. 282: supra volvit in caput I, 1 vel II, 1(?). De tempore videtur adhibitum: Liv. Andr. 3 (Baehr. Prisc. I 230 H) mea puer quid verbi ex tuo ore supera fugit? — Pac. 86 (Varr. LL V 17) hoc vide circumsupraque quod complexu continet terram, II, 3. — inf(e)ra (π): Cat. RR 65 (21) ramum tenerum infra praecidito; CJL I 1166, 2 quae infera scripta sunt; II, 3. — circumcirca (π): Aul. 467 occepit scalpurrire circumcirca. — dextera, sinistra, (π) II, 3: Amph. 333 hinc enim mihi dextrá vox auris verberat, (vel I, 1); 243 ilico equites iubet dextera inducere; (Mil. 607 sed speculator nequis aut hinc aut ab laeva aut dextera venator adsit, codd. partim 'a dextera'; vel I, 1), Cat. RR 28 (24) dextra sinistra pavimentum p. XX sc. facito; 27 (13) inter cupam dextra sinistra pertundito; 27 (16) dextra sinistra lamnis circumplectito; 84 (15) id manu prehende et dextra sinistra praecide; 84 (22) ut possis dextra sinistra sarire; Corn. Sis. 57 (Non. 99) armati dextera ducti magis in latitudinem discedunt. — Apparet Delbrueckium errare cum dicat (synt. pg. 565) subintelligendum esse ablativum viā ad 'dextera, sinistra'. Supplendum potius est velut manu, parte. — una: Langen (symb. pg. 242) recte ita fere dicit: Vocabulo una indicatur aut aliquem plures res eodem loco atque tempore agere (1), aut idem praedicatum pluribus subiectis tribui (2), aut res plures actione effecta esse iunctas atque mixtas (3). Atque difficile est cognitu quatenus in singulis de loco cogitaverint Romani. — 1. Eodem sensu invenitur etiam una opera. As. 99 iubeas una opera me piscari in mari, venari autem rete, Cas. 309, Men. 525, alibi. Neque ullum locum inveni eiusmodi, ubi vis localis non agnosci non posset. — 2. Vis loci aliquanta subesse videtur mihi hic (π): Amph. 807 in eodem lecto tecum una in cubiculo; As. 771 tecum una potet; Bach. 142 paedagogus una ut siet; 496 melius esset me quoque una si cum illo relinqueres; Capt. 875 vidi ibidem Aleum una et tuom Stalagmum servom; Curc. 652 verum hunc servavi semper anulum mecum una; Epid. 612 ibi aderat una Apoecides; Mil. 139 qui amantes una inter se

facerem convenas; Pers. 613 quid si hic non volt me una adesse; Poen. 616 reperire convivas qui una adsient; Ps. 948 ibidem una aderit mulier; Truc. 746 quia pol esse una velim. In codd. 'quid iam quia pol mavelim', Schoell in ed. mai. ut indicavi. Andr. 63 cum quibus erat cumque una; 81 perduxere illuc secum ut una esset mecum; 107 cum illis una aderat frequens; Eun. 229 ducit secum una; 367 aderat una in unis aedibus; 422 una in convivio erat hic; 495 una ire cum amica in via; 574 essem una quacum cupiebam; Heaut. 684 qui usque una adfuerim; Hec. 138 cum virgine una adulescens cubuerit; 236 ut cum matre plus una esset; 725 sed vin me adesse una; Ad. 495 una semper militiae et domi fuimus; 854 cogam ut cum illa una cubet; (Atell. Pomp. 167 apud Non. 275, 24: omnes una adsentiant); Pall. Naev. 86 (Char. II 213 P) audent mecum una apparere; Cat. RR 22 (1) tertius servus una cum factoribus uti cubet. — Iunctum ita est 'una' cum verbis movendi: [Amph. 401 quicum Amphitruone hinc una ieram in exercitum;] 849 qui mecum una vectust una navi; As. 239 modo tecum una argentum adferto; 586 atque Argyrippus una (exit); Capt. 478 quo imus [una] inquam ad prandium?; Epid. 54 danista una advenit cum eo; Men. 1034 una tecum ibo domum; Merc. 90 servom una mittit; Mil. 1136 una exeuntes video hinc e proximo; Most. 1037 i mecum obsecro una simul; Poen. 576 egrediuntur Milphio una et vilicus; 1147 tu abduce hosce intro et una nutricem simul; 1419 nam tecum mi ire una certumst; Ps. 410 video huc Simonem una simul cum suo vicino Calliphone incedere; Trin. 203 atque egomet me adeo cum illis una ibidem traho; 412 ibidem una traho; 833 bonaque omnia item una mecum passim caeruleos per campos (distraxissent); Andr. 850 cum tuo gnato una, sc. intro ivi; Eun. 702 post una ambo abierunt foras; Heaut. 191 nunc servolum ad eam in urbem misit et ego nostrum una Syrum; Hec. 273 eo tecum una; 433 qui mecum una vectust; Ad. 598 quaero ut una mecum eas; 842 et istam psaltriam una illuc mecum hinc abstraham; Corn. Sis. 47 (Non. 188) flens una cum liberis circumiret. — Certe vix iam sensisse Romanos ablativos viae demonstratur Trin. 203, 412. — 3. Huc spectant (π): Most. 277 itidem olent quasi quom una multa iura confudit coquos; Ps. 62 dulce ama-

rumque una nunc misces mihi; Cat. RR 37 (27) haec una omnia bene condepsito; 49 (10) haec omnia una conterito cum vino; 49 (21) ovum unum addito et una permisceto bene; 50 (15) id una bene commisceto cum caseo; 52 (10) una commisceto quasi libam; 52 (21) omnia una permisceto; 58 (12) sertam Campanicam una cum iri contundas; 62 (3) si una admiscere voles. — Quod substantivum singulis locis sit subintelligendum, vix cum probabilitate dicitur, neque quotiens ubi agitur de motu, nomen viā. Putaverim autem a iuncturis 'una opera', 'una via' profectum usum adverbii 'una' per eos fines percrebruisse quibus Langen inclusit. Refero igitur omnia ad vim casui instrumentali propriam. (III, 1—2.). — Adverbium e a d e m tum eandem fere vim habet atque una cum hoc indicatur aliquem res complures eodem loco atque tempore agere. Dicitur voce eadem una opera negotium alterum cum altero confici. 'Eadem opera' est: Capt. 449, As. 640, iunctum cum tempore futuro; itemque omisso nomine 'opera' Trin. 581, Heaut. 368. Ita etiam intelligendum est Bach. 48 sq. sedens ibi opperibere, eadem biberis, eadem dedero tibi ubi biberis savium; et similiter, vix de via: Capt. 459, Ps. 333, Stich. 437. — Non video quid sibi voluerit Keil cum scriberet Cat. RR 17 (19): uvae in olla in vinaceis conduntur, eadem in sapa in musto in lora recte conduntur. Traditum est 'eae'. — De via tamen positum videtur Pers. 445, Stich. 452. — Substantivum opera (vel ope) saepius etiam subintelligendum est ad ablativos 'q u a' et 'a l i q u a'. Aliqua interdum fere idem est atque aliquo modo, vide versus festivos Epid. 331—32; Merc. 334 ubi secundum Lodgium de loco; Epid. 100, Phorm. 585 vereorque ne uxor aliqua id resciscat mea; 776; Luc. 459 (Non. 293, 2) evadat saltem aliquid aliquando aliqua quod conatus sum. — De via cogitare licet (π): Mil. 221, Ad. 283. — 'Qua' similiter fere est idem ac quomodo: As. 96 qua me qua uxorem qua tu servom Sauream potes circumduce; Aul. 301 de suo tigillo fumus siqua exit foras; Cist. 182 siqua queat reperire quae sustulerit; Pers. 456 ut ipsus sese qua se expediat, nesciat; Ad. 690—91 quid, qua fieret, qua resciscerem?; Atell. Pomp. 114 (Non. 17, 1) asside hic si qua venturast alia strena strenue; CJL I 198, 35 sei qua tabulas libros leiterasve producere proferre volet; Cat. RR 36 (18) siqua flamma exibit. — Est igitur

'siqua' saepius: wenn etwa'. Haec omnia silentio praeterire nolui, quoniam etiam ablativus viae sensu translato adhibetur, conf. Mil. 252, Heaut. 102; 438 quia pessume istac in te atque illum consulis; ita Fleckeis. secutus Arusianum, codd. 'istuc'; Eun. 931 mihi illac vere ad rastros res redit; codd. 'illaec'. —

h a c (*πr*, si exceperis ablativos viae; idem cadit in ea quae sequuntur) II, 3: Cas. 971 hac lupi hac canes; Cist. 641 utrum hac me feriam an ab laeva latus; Mil. 353 hac quidem pol certo verba mihi nunquam dabunt; dicit haec Sceledrus manibus dispessis ostium Periclomeni aedium versus; Rud. 155 ubi i sunt homines obsecro? — Hac ad dexteram; Stich. 462 augurium hac facit; ita B, A 'ac'; Eun. 105 hac atque illac perfluo; Acc. 569 (Non. 504, 31) hac ubi curvo litore latrans, unda sub undis labunda sonit; codd. 'ac'; Tog. Afran. 12 (Non. 512, 22) hac haeret, codd. 'hoc', quocum comparare Plautinum 'in amorem haerere' tamen dubito; Pall. Naev. 25 (Non. 115, 25) hac sibi prospica, hac despica; codd. 'ac - ac'; potest etiam esse ablativus absolutus == cum haec sibi prospica, haec sibi despica sit; Enn. ann. 173 (Macr. VI 1, 19) non semper vostra evortit, nunc Jupiter hac stat. — i s t ā c (*πr*) II, 3: Trin. 383 istac iudico; — i l l a c (*πr*) II, 3: Eun. 105 hac atque illac perfluo; Pall. inc. inc. 75 (Char. 191 P) poneversum illac mare est; Cas. 968 nam illac lumbifragium obviamst. — e a (*πr*) II, 3: Rud. 178 ea deorsum cadit; Tog. Tit. 99 (Non. 277, 16) quod ea parasitus habeat, qui illum sat sciat delicere et noctem facere posset de die. Rettulit huc Ribbeck, ut videtur recte, (habeat = habitet), quamquam etiam interpreteris: quod ea (acc. pl.) parasitus habeat, quibus (instrum.) e. q. s. — Ad ablativos viae proxime accedunt: Cat. RR 38 (27) artito ea qua terebraveris (an est attractio inversa?); 77 (9) id (labrum culleare) imum pertundito, ea fistulam subdito. — q u a (*πr*): Men. 237 orasque Italicas omnes qua adgreditur mare, sumus circumvecti, III, 3; Acc. 630 (Non. 155, 8) navem in fugam transdunt subter saxa ad laevam, qua mons mollibat mare; 'qua' ed. pr. ai. 1476, 'quam' ω, II, 3; Trag. inc. inc. 164 (Cic. orat. 49, 163, locus est corruptus) qua pontus Helles arva Asiae tenet, III, 3; Enn. ann. 391 (Non. 418, 4) qua murum fieri voluit, urguemur in unum, II, 3; Enn. sat. 491 decem Coclites qua montibus summis Ripaeis sedere. Ita Baehrens;

4*

traditum est apud Varronem LL VII 71 in Florentino 'quas — federe'; vulgo 'fodere'. Quid sit verum, non assequor, (II, 3?); Porc. Lic. 5 (Gell. XIX 9, 13) omne pecus flammast, omnia qua video; 'qua' codd. probi, 'quae' deteriores, III, 3; CJL I 199 qua lege agrum possiderent et qua fines fierent, III, 3; ibid. 199 (5) qua ager privatus est, III, 3; CJL I 583 qua (terminos) statuerunt, III, 2 vel III, 3; Cat. RR 39 (26) qua locus recte ferax erit, qua ferax non erit, III, 3; 85 (16) deinde fossulas facito qua radices asparagi demittas; Keil scripsit 'quo', conf. tamen 77 (9), 38 (27); II, 3; Cat. orig. 139 (Serv. Aeneid. IV 293) qua mollissimum est, adoriuntur, II, 3; Corn. Sis. 87 (Non. 294) qua murus erat interruptus, evadit, II, 3 vel III, 2; — Ad. 577 ibi angiportum propter est. — Quanam?; ita Fleckeis. scripsit; A 'quonam', quod hoc sensu non est legitimum; rell. 'quodnam', quod quamquam tenuerunt Dziatzko et Umpfenb., sententiae non convenit, II, 3; — Aul. 647 tempta qua lubet, II, 3; Epid. 673 quaqua tangit, omne amburit, II, 3; — Most. 766 quom usque quaque umbrast, II, 3; Rud. 1294 signabo iam usque quaque, II, 3; Afran. 198 (Non. 518, 6) non usque quaque idoneum invenias locum, II, 3; Cat. Jord. 36 (2) (Char. II 197 P) usque quaque lacessebamur, ibid. dispertieram usque quaque, II, 3; Orat. C. Gracch. 117 (Char. 197) usque quaque curavit, II, 3. —

Copulata cum particula -tenus haec adverbia de vero loco non scripta sunt, sed sensu translato (π): istactenus: Bach. 168, Most. 131 (de tempore). De hoc loco explicando vide Fr. Leo; — quatenus: Orat. Afric. Min. pg. 104 (Festus) uti negotium natum erat, quatenos castra nostra ita munita erant, ut posses partem exercitus educere. — Conf. arch. L. lex. I 415.

b) De substantivorum ablativis.

α) qui habent vim aut ablativo propriam aut accusativi loci.

Spectant ad I, 1: Amph. 637 experior domo; As. 884 domo subripiam; Men. 648 periit domo; similia alibi; Trag. Pac. 308 (Non. 237, 2) flexa non falsa autumare dictio Delphis solet; Cat. RR 66 (29) sqq. Calibus et Minturnis cuculliones, Venafro palas, tegulae ex Venafro, trapeti Pompeis, fiscinas Romanicas Casino; — ad I, 1 vel II, 2 prout ad verba trahuntur aut ad substantiva: Ps. 270 salve multum, serve Athenis pessume; Acc. 465 (Non. 501,

2) quid si ex Graecia omni illius par nemo reperiri potest; Luc. 380 (Non. 201) Lysippi Jupiter ista transibit quadraginta cubita altus Tarento; CJL I 1011 Lanius de colle Viminale; 1067 servos publicos ex basilica Opimia; Cat. Jord. 36 (10) (Char. II 184 P 205 K) item uti ab Thermopyleis atque ex Asia maximos tumultus disieci atque dissipavi; 'uti[b] a[b] thermopolieis' cod. Neap.; 'ita moti ad Thermopylas' exc. Canchr.; 'uti ad Thermopylis' ed. pr. Quantum in re obscura affirmare licet, equidem putaverim breviter dictum pro: 'uti ab Thermopylis fugavi hostes, atque ex Asia maximos tumultus hostibus disiectis removi' (atque ducere apodosin ratus, cuius rei exempla plura invenies in lexico Plautino a Lodgio confecto, sub voce 'atque'). Puto igitur pendere ablativos ex verbis. Aliter videtur accepisse Jordan praef. LXVIII; conf. etiam quae dicit Meyer pg. 74. — Ad II, 2 spectant: Trag. inc. inc. 259 (Cic. ad Atticum VI, 9) in arce Athenis statio nunc mea mihi placet (nisi est locativus); Luc. 59 (Cic. de fin. I 3, 8) Graece ergo praeter Athenis; CJL I 1279 magistri Laverneis; CJL I 198 3, 16, 22 tri. mil. l. IIII primis aliqua earum; — ad II, 2 vel II, 3: Curc. 250 ea omnes stant sententia.

β) qui habent vim loci casui instrumentali propriam.

β 1) De ablativis quibus indicatur rem alteram cum altera arte esse coniunctam.

Stich. 170 nam iam complures annos utero haeret meo; (Ritschelius versum ut spurium notavit); Acc. 557 (Non. 469, 31) contempla hanc sedem in qua ego novem hiemes saxo stratus pertuli; Acc. praet. 25 (Cic. de div. I 22, 44) exin prostratum terra; Trag. inc. inc. 61 (Char. IV 252 P) vidi te, Ulixes, saxo sternentem Hectora (nisi est vertendum: mit einem Steine); Luc. 382 (Non. 234, 31) vix uno filo hoc haerere putares; codd. 'hoc se herere'; 144 (Non. 173, 14) si tam corpus loco validum ac regione maneret; 752 (Non. 401, 14) iugo iungas; Leg. XII tab. VII tignum iunctum aedibus vineave; ibid. (Bruns. 34, 8) cui auro dentes iuncti escunt. Dixeris in his exemplis etiam de instrumentali instrumenti cogitari posse; nihilominus omittere nolui, quia aliis probatur vim comitandi eo fere induxisse, ut praepositio omitteretur.

Ablativum vi prorsus comitativa habes velut CJL I 198 53 quei ad sitellum sorti veniet: Liv. Andr. com. 4 ornamento incedunt gnobiles ignobiles; 'ornamentum incendunt' cod. Festi., corr. O. Mueller; Amph. 32 pace advenio; 465 tuto illam amplexarier. — Neque vere Delbrueck dicit (synt. 236) instrumentalem 'sociativum' non inveniri nisi in locutionibus, quae spectent ad rem militarem. Conf. etiam ablativos qui dicuntur qualitatis: Cat. RR 76 (21) quam tenerrimis herbis et quotiens opus erit purges; 45 (25) agro sicco, agro laeto.

β2) De ablativis viae (π) III, 2. (Littera adiecta indicatur exemplum alio quoque referre licere.)

Cum illis ablativis non solum indicetur qua via quid moveatur, sed etiam qua regione, interdum adverbia eandem vim habere videntur atque accusativi loci. Quod in singulis facillime cognoscitur neque significare opus est. Memorabile duco praeterea, quod cum imperativis 'sequere, sequimini' uno tantum loco iunctum est adverbium huc: Hec. 793 sequimini intro huc ambae, omnibus ceteris 'hac'.

hac (π): Amph. 628 sequere hac; 660, 677; As. 419 abscede [h]ac sine me hunc perdere; 'hac' codd., 'ac' Goetz et Leo; 490 sequere hac; 647; 741 hac quidem non venit; 809 s. h.; 876, 941, Aul. 348; 692 ei hac intro; Bach. 39 s. h.; 85 non hac temere transiri potest; 109 s. h.; 169, 499, 831, 1166; 1175 i hac mecum intro; item 1181, 1184; Capt. 292 s. h.; 764, 952; Cas. 959 hac dabo protinam ⟨me⟩ et fugiam; 968 hac iter faciundumst; 973 hac ibo; Cist. 631 sequere ⟨hac⟩ me; 680 hac an illac iter instituerit, II, 3; 683 hac praeteriit; 696 sed is hac iit, hac (II, 3) video vestigium in pulvere, sequar hac; 700 neque prorsum iit hac; 702 sed is hac abiit; Curc. 87 s. h.; 108 hac abiit, hac persequar; 370 s. me h.; 453 s. h.; Epid. 657 sequere me, soror, hac; Men. 405 i hac mecum; 556 ut hac me abiisse censeant; ita Nonius, libri hec, hac B_2; 562 s. h.; 566 em hac abiit; Merc. 222 hac ibo; 689 i hac mecum; 747 ite hac; Mil. 1009 s. h.; Most. 857, 990; Pers. 321, 331, 399, 751, 752; Poen. 328, 502, 1210; Ps. 249 occedamus ⟨h⟩ac obviam; 251 vorte hac (conf. Lorenz. a. h. l.); 1051 ite hac; 1230 sequere sis me ergo hac; 1314 consequere hac; 1332 i hac; Rud. 183 sequere me hac ergo; 213 hac an illac eam; 288 ite hac mecum; 658 sequimini hac; 1357 s. h.; Stich. 453 ite hac; 484 quoniam nil processi sat ego hac (locus

est corruptus); 669 sequere ergo hac me intro; Trin. 1 s. h.; 580 i hac; 710 i hac mecum; 1109 sequere tu hac me intro; Truc. 551 ite hac simul; 643 s. h.; fragm. 80 sequimini me hac sultis. — Andr. 977 s. h.; Eun. 714; 816 h. sequimini; 1064 iter hac habui; 1094 ite hac; Heaut. 512 hac illac circumcursa; 664 sequere mi intro hac; 743 s. h.; 832, Ad. 280; 575 hac te praecipitato (Fleckeis. istac); 580 hac multo propius ibis; 578 hac pergito; 609 sequere me ergo hac intro; 909 hac transfer; 573 nostin porticum apud macellum hac deorsum; ita Fleckeis., libri 'hanc', item Eugr., Donati ed. pr. 'hic d.' — istac (π): Epid. 659 exi istac per hortum; Merc. 219 si istac ibis; Pers. 444 abi istac; Trin. 597 ibit istac, aliquo, in maxumam malam crucem (Leo); Heaut. 588 abi sane istac; Enn. trag. 226 (Cic. nat. deor. III 25, 65) nequaquam istuc istac ibit; 'ista. ibit' Leid. B, 'ista ibit' A; redditur Graecum 'ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα.' — illac (π): As. 741 angiporto illac per hortum circumit; Cas. 967 hac iter faciundumst, illac lumbifragium obviamst, (II, 3); Cist. 679 utrum hac an illac iter institerit; Merc. 1008 illac per hortum nos domum transibimus; Mil. 67 ut te illa praeterducerem; ita B_1, rell. 'illam'; Mil. 307 traditum est 'illac', sed cum intellectum non habeat, correctum 'illaec'; Most. 931 nunc ego me illac per porticum ad congerronem conferam; 1045 abii illa per angiportum; A 'abii il[la]', P 'ab illa', Leo 'illac'; Pers. 678 te ad me recipito illac; Rud. 213 hac an illac eam; Truc. 248 illac per hortum transsiluit ad nos; 'illa' A, versum [ ] inclusit Leo. Heaut. 513 hac illac circumcursa. — ea (π): Most. 1047 eaque adduxi omnem legionem; Stich. 451 ea ibo obsonatum; Luc. 199 (Non. 125) eaque innubere censent; 'atque' codd., 'innubere' secundum Nonium = 'transire'. Cato RR 38 (27) artito ea qua terebraveris, II, 3?; 77 (8) id imum pertundito, ea fistulam subdito, II, 3? — eadem (π): Pers. 445 eadem mulier transeat; Stich. 450 ea ibo obsonatum, atque eadem referam obsonium. — qua (π): Cist. 725 qua aufugit quaedam; Mil. 143 qua commeatus esset hinc huc mulieri; 225 qua cibatus ad te possit pervenire; 329 nam nil est qua hinc huc transire possit nisi recto ostio; Most. 809 qua lubet perambula aedis; 968 scio qua me ire oportet; Rud. 226 neque quo eam neque qua quaeram consultumst, II, 3; 812 qua domum

abeat nesciat; Truc. 304 qua is ad nos damni permensust viam; Trag. Naev. 22 (Non. 192) liberi sunt quaque incedunt, omnis arvas obterunt (= et qua); Pac. praet. 5 (Prisc. VI 677 P) qua vix caprigeno generi gradilis gressio est; traditum fere: 'qua via' vel 'quia via'; Enn. ann. 176 (Macr. I 4, 17) qua Galli furtim noctu summa arcis adorti, II, 3 vel I, 2; ann. 420 (Fest. 363) ingenti vadit cursu qua redditus termost, II, 3; Cat. Jord. 49 (4) (Char. 216 K) o quanti ille agros emit qua aquam duceret; RR 27 (29) pertusus utrimque qua clavus eat; 27 (26); extrinsecus cupam pertundito qua clavus eat; 38 (27) artito ea qua terebraveris; 59 (23) relinquito qua interspiret; item 60 (9, 18); 76 (12) inter eas (areas) sulcos facito qua herbas de areis purgare possis; Cl. Quadr. 4 (Gell. XVII 2, 24) Cominius qua ascenderat descendit; Corn. Sis. 86 (Non. 113) neque porta neque ullum foramen erat qua posset eruptio fieri; 'quas' L_1, 'qua' F; Leg. XII tab. VII qua volet iumenta agito. — Tog. Afran. 178 (Non. 147, 1, Prisc. VIII 17 838 P) non potest quin illa stacta longe quacumque is olat; ita Ribb., 'que et cunctis' Prisc.; 'que et multus' Non., conf. coroll. LXIX; Atell. Pomp. 186 (Char. II 192 P) negas nuptam quaquam, cod. 'quamqua', fortasse de modo; Cist. 475 si a . . . . quaquam . . . . Al . . . s; Ad. 626 fieri potis est ut nequa exeat, (an de modo?); Mil. 92 is deridiculost quaqua incedit omnibus; Poen. 105 mari te⟨rraque⟩ usque quaque quaeritat, II, 3: — a l i q u a (π): Mil. 221 anteveni aliqua et aliquo saltu circumduce exercitum; Ad. 283 ne aliqua ad patrem hoc permanet. — a l i a (π): Dicit Neue (II, 633) occurrere Mil. 327, sed falsum id est, conf. Brix. a. h. l. Est autem Rud. 10 is (Jupiter) aliud alia disparat (= ut aliud sidus alia via incedat, referas tamen etiam ad II, 3.[1])

r e c t a (π): Amph. 1042 iam ad regem recta me ducam; 1115 facit recta in anguis impetum; Capt. 751 illic est abductus recta in phylacam; Cas. 43 detulit recta domum; Merc. 931 vos in curriculum conicitis in Cyprum recta; Mil. 491 hic ad me recta rectam habet viam; Mil. 460 intro rumpam recta in aedis;

[1]) Adverbia quae exeunt in -a, cum significant quam in partem ab aliquo loco quid sit vel fiat, notione saepe prope accedunt ad locativum, ita ut formae 'hic' et 'hac' vi non differant nisi eo, quod ad formam 'hac' subintelligendum sit 'regione' itaque loci ratio aliquo modo definiatur.

Ps. 966 ad me adit recta; 1136 hic quidem ad me rectam recta habet viam; Rud. 851 duc me ad lenonem recta; Eun. 87 cur non recta introibas; ʽrectaʼ omittitur in A, metro non requiritur; Fleckeis. et Umpf. toleraverunt, removit Dziatzko; Phorm. 112 ad anum recta pergit; 859 recta domum sumus profecti; Hec. 372 cupidus recta consequor; Ad. 433 tu rus hinc abis? — Recta; Tog. Afran. 107 (Non. 376, 6) recta domum digredimur.

Ablativi substantivorum (π): Amph. 795 huc alia via praecucurristi; As. 741 angiporto illac per hortum circumit; Aul. 407 date viam qua fugere liceat; Bach. 113 quid nunc capessis ted hinc advorsa via; 711 recta porta invadam extemplo; Cas. 510 nostro omine it dies; 881 recta via in conclave abduxi; 922 ubi illum saltum video obsaeptum, rogo ut altero sinat ire; (Cist. 14 secundo vento vectust tranquillo mari; conf. Trin. 943); Cist. 534 recta platea cursum huc contendit suom; Curc. 31 caute ut incedas via; 35 nemo ire quemquam publica prohibet via; Epid. 208 quia ego ire vidi milites plenis viis; Men. 881 ni mi indicetis qua platea hinc aufugerint; Merc. 115 simul autem plenis semitis qui advorsum eunt; ita Ritschelius, ʽplenissimeʼ B, ʽplenissiemitisʼ CD; Mil. 221 anteveni aliquo et aliquo saltu circumduce exercitum; codd. ʽaliquos auttuʼ, corr. Kiesl. Leo: ʽaliquosumʼ; 252 dum modo hunc prima via inducamus vera ut esse credat, quae mentibimur (sens. transl.); 329 transire recto ostio; Pers. 444 abi istac travorsis angiportis ad forum; Poen. 627 viam qui nescit qua deveniat; 631 si bene dicetis vostra ripa vos sequar, si male dicetis, vostro gradiar limite; 692 adveniens irem in carcerem recta via; Ps. 1051 ite hac, triumphe, ad cantharum recta via; 1234 dum hac domum redeam via; Rud. 223 omnibus latebris perreptavi; ita recte A, P ʽin l.ʼ; Stich. 484 iero apertiore magis via; fragm. 12 reciprocas plana via; 108 domum ire coepi tramiti dextra via; Men. 566 em hac abiit si vis persequi vestigiis; Mil. 269 usque donec persecutus volpem ero vestigiis. — Andr. 442 etenim ipsus secum eam rem reputavit via; codd. ʽrecta r. viaʼ, Fleckeis. ʽid rep. viaʼ, Umpfenb. et Dziatzko removerunt ʽrectaʼ, et me habent assentientem; 600 recta proficiscar via; 670 hac non successit alia adgrediemur via; Heaut. 102 coepi rem tractare vi et via pervolgata patrum; 329 eadem hac inveniam via; 706 immo ut recta via rem narret or-

dine omnem; 789 volo te dare operam ut fiat, verum alia via; 850 ut ea via argentum abs te auferretur; Phorm. 310 eo: recta via quidem illuc; 192 qua quaerere insistam via; ‘viam’ AFG$_1$, ‘via’ ceteri cum Donato, quos sequor; conf. Capt. 584, Phorm. 604; Phorm. 566 qua via (sc. incedens) istuc facies; Hec. 360 non sciunt ipsi viam, domum qua deveniant; 73 aut qua via te captent, eadem ipsos capi; 569 nec qua via sententia eius possit mutari scio; Eun. 640 certe extrema linea amare haut nihil est; Ad. 574 praeterito hac recta platea sursum; 581 ubi eas praeterieris ad sinistram hac recta platea; — Trag. Acc. 333 (Non. 14, 27) nunc regno exturbatus mari . . .; verbum desideratur, fort. ‘erro’; Pac. 100 (Non. 508, 28) si qua potestur investigari via; Trag. inc. inc. 73 (Cic. Tusc. I 16, 37) adsum atque advenio Acherunte vix via alta atque ardua; Pall. Turp. 43 (Non. 491, 18) incerto itinere porti indigentes; verbum desid.; Tog. Afran. 119 (Non. 260, 15) non licet me qua contendi semita pervenire; 135 (Non. 316, 9) consimili grassantur via; Atell. Nov. 72 (Non. 316, 4) ut recta grassatur via; codd. ‘a recta’; id. 73 saepe eadem hac sum grassatus via (ibid.); Enn. ann. 101 (Fest. 258) mari quaesentibus vitam; ibid. 138 (Serv. Aeneid. IV 404) it nigrum campis agmen; 273 (Cic. Cat. mai. 5, 14) spatio qui saepe supremo vicit Olympia (= sp. s. currens); Acc. 28 (Baehr. Serv. Aeneid. IV 404) it nigrum campis agmen; Luc. 458 (Non. 38, 26) guttaque omnibus distento corpore exspiret viis; codd. ‘vis’; CJL I 199 7 inde fluvio susovorsum; 9, 12 recta regione; 11 rivo recto Vinelesca; 12 deorsum rivo; 15 sqq. iugo recto (duodeciens); 22 recto rivo Eniseca; 7 inde fluvio Lemuri susum; 8 inde rivo Comberanea susum; 9 inde dorsum flovio Neviasca; 10 inde flovio Procoberam (lege ‘Procobera’) deorsum; 14 inde Ede fluvio sursu vorsum; 15 iugo recto monte Lemurino (bis); 19 inde Apeninum (lege ‘Apenino’) iugo recto; 21 iugo recto Blustiemelo; (fines describuntur); I 1166 porticum qua in arcem eitur; I 1291 ex hoc loco in via poplicam Campanam qua proxsimum est; Cat. RR 9 (10) si via ibis (nisi est corrigendum ‘viam’). — Substantivum iunctum cum adiectivo ‘totus’ nudo ablativo non ponitur, nisi subest cogitatio movendi; Merc. 51 conclamitare tota urbe et praedicere; Cas. 763 omnes festinant intus totis aedibus; Andr. 342 toto me oppido exanimatum quaerere; Eun. 245 tota erras via. III, 2—3.

β 3) De ablativis quibus indicatur per quod spatium quid extendatur.

Huc praecipue sunt referenda: Poen. 105 mari te⟨rraque⟩ usquequaque quaeritat, (vel ad III, 2); Trag. Enn. 87 (Cic. de div. I 31, 66) iamque mari magno classis cita texitur; Acc. 569 hac ubi curvo litore latrans unda sub undis labunda sonit; CJL I 532 p]raifectura tot[a. Inscriptio adeo est mutilata, ut nil affirmare liceat; Orat. Lael. Sap. (pg. 97) uti nobis terra marique simul obsidionem facerent; C. Gracch. pg. 117 (Charis. 197) usque quaque curavit.

De vocabulo fini (π): Invenitur: Men. 859 osse fini dedolabo assulatim viscera; codd. 'fini', Nonius 'nisi'; Cat. RR 31 (9) operito terra radicibus fini; 27 (22) cupa qua fini in modiolos erit; 74 (24) (pabulam) qua vendas fini dicito; 77 (10) (labrum culleare) ad summum qua fini culleum capiet, pertundito; 69 (21) amphoras inplere ansarum infimarum fini; Cass. Hem. 35 (Non. 205 et 514) qua fini omnes res atque artes humanitus aguntur; pg. 514 'Finem' L, 'quare sim' F, 205 'quare fine LWF'; legendum 'fini'. — Explicatio petenda videtur mihi non a locativo, sed ab instrumentali comitativo. Significat enim 'osse fine': cum os finis est, et idem est „ablativus" atque quo ratio et modus agendi definitur, genetivus autem similiter adiectus est ac si dicitur: nomen regis, verbum laudandi. Conf. de hoc vocabulo arch. lex. L. I 415.

γ) qui habent vim locativi loci aut mixtam cum vi instrumentali aut meram.

Vi ablativi comitativa una cum instrumentali uti in animo est ad explicandum, quomodo ablativus adhiberi potuerit sensu mere locativo. Atque multa verba, quae vel locativum vel accusativum loci admittunt, ne a nudo quidem ablativo abhorrent velut recipio, accipio, condo, alia. Rem exemplo illustrabo: Est Stich. 685 lepide accipimur quom hoc recipimur in loco; Cat. RR 70 (27) vicinas neve domum neve ad sese recipiat; Rud. 276 ut tuo recipias tecto servesque nos. Quo usi sunt argumento quidam velut Ebrard (nisus Delbrueckio ALJ 39, qui tamen ipse sententiam correxit synt. 230) atque Draeger (Hist. Synt.) ut ablativum sensu locativo statuerent. Sed id prorsns falsum esse demonstrari videtur Cist. 62: quid faciam? — In latebras abscondas pectori penitissimo; (codd. 'pectore', sed Charis. 'condas pectori', quod non pro dativo habere licet). Res potius eadem est sive dicitur: recipio in hoc loco, sive: in hunc locum,

sive: hoc loco; differunt ista eo quod eadem res modo hac modo illa forma animo obversatur; etenim cum dicitur 'in hoc loco recipio', cogitatur alicubi aliquid fieri vel actione perfecta versari, cum dicitur 'in hunc locum recipio', cogitatur aliquid aliquo pervenire, atque cum Romani dicebant 'tecto recipio', tecto quasi instrumento sibi uti videbantur ad recipiendum. Itaque vim instrumentalem, non locativam agnosco in omnibus ablativis nudis qui pendent ex verbis recipiendi, accipiendi, condendi, pendendi, similibus. Itaque vis locativa est mixta cum instrumentali in his: CJL I 1009 tenebris tenentur Ditis aeterna domu, (quamquam Capt. 804 continete vos domi); Enn. ann. 93 (Prisc. I 206 H) quam crudeli condebat membra sepulcro; Acc. 630 (Non. 155) remisque nixi; Pall. Turp. 31 (Non. 427) sandalio innixi; Tog. Afran. 370 (Char. I 177 P) meo innixus nomine; Corn. Sis. Mil. 9 (Char. II 197 P 223 K) eum utero suo recepit; Trag. Acc. 62 (Non. 487) quod di — altis clausere specis; ibid. 81 (Non. 73) angustate inclusam ac saxis; Cas. 390 pedibus pendeas; Enn. ann. 109 (Macr. I 4, 18) hac noctu filo pendebit Etruria tota; Luc. 315 (Non. 512, 18) firmiter hoc peniteque tuo sit pectore fixum; Enn. trag. 309 (Cic. Tusc. I 44, 107) ipse summis saxis fixus; Host. bell. Histr. 3 (Serv. Aeneid. XII 121) sententia praesto pectore pilata; (Servius: pilatus i. e. fixus); Epid. 118 malim istiusmodi mihi amicos furno mersos quam foro; Luc. 698 (Non. 340, 20) haec virtutis tuae chartis monumenta locantur; codd. 'virtutis haec tuae artis'; Corn. Sis. 53 (Non. 207) oppidum tumulo in excelso loco conlocatum; Enn. ann. 353 (Isid. orig. XIX, 2) multa foro ponit (= condit); Tog. Afran. 115 (Non. 221, 23) hoc sepulcro sepeliet; Cat RR 36, 3 si uno praefurnio coques, (6) si duobus; Bach. 585 alieno viris tuas extentes ostio; CJL I 1222 deductus fatali igne et aqua Stygia; Enn. ann. 246 (Macr. VI 1, 60) quae neque Dardaniis campis potuere perire; Orat. C. Gracch. (pg. 120 Festus) malo cruce perire; CJL I 582 proelio occisus; Luc. 333 (Non. 425, 7) fortuna vincere bello; 446 (Non. 437, 15) ut populus Romanus victus vi et superatus proeliis saepe est, bello vero nunquam; Enn. ann. 414 (Serv. Aeneid. XII 115) funduntque elatis naribus lumen; Trag. inc. inc. 225 (Varro LL VII 23) ferme aderant aequore in alto ratibus repentibus; Amph. 329 nave vectus huc sum; similia alibi, licet

scriptum sit Mil. 118 navem illam ubi vectus fui; Cap. 792 nam qui obstiterit ore sistet; Curc. 287 quin capite sistat in via de semita; Mil. 345 pedibus iam ego illam huc tibi sistam in viam; 851 hoc illi crebro capite sistebant cadi; Ad. 316 capite pronum in terram statuerem. — Ablativi 'corde' et 'animo' saepissime ita occurrunt. Exempla: Amph. 729 si animo male esse occeperit; Capt. 420 videas corde amare inter se; Merc. 346 nec quid corde nunc consili capere possum; Heaut. 232 eam opinionem quae mihi animo exaugeant; codd. 'animum'; Enn. ann. 28 (9) (Cic. de div. I 20, 40) videbar quaerere te neque posse corde capessere; 344 (Cic. de orat. III 42, 168) Romanus homo corde suo trepidat; 381 (Fest. 343) pandite sultis genas et corde relinquite sommum; Laev. erotop. 3 (Prisc. I 560 H) meminens Varro corde volutat; (Mil. 197 in corde volutare). — E quibus in nonnullis vis locativa prorsus non agnoscitur. (Enn. ann. 28, 381.) Ab ablativo instrumenti explicationem peto Cas. 420, Merc. 346, Laev. erotop. 3; cetera ad ablativum qui dicitur limitationis sive relationis referenda sunt, et ille cognatus est ablativo genuino; (Amph. 729, Enn. ann. 344), conf. Epid. 129 a morbo valui, ab animo aeger fui; Phorm. 340; Stich. 1). Est igitur animo, ex animo, corde: von Herzen, herzlich, itaque Enn. ann. 28, 381, Heaut. 232 idem ac 'valde, omnino'. — Fere de tempore sunt adhibita: Luc. 19 (Rhet. Lat. Halm. 45—46) adfuissemus priore consilio; ibid. 23 consilio antiquo sapiens vir solus fuisti.

Venimus ad ablativos quibus vis mere locativa esse videtur. Qua in re unum est praemittendum. Etenim in numero plurali quoniam eadem forma est pro ablativo et pro locativo, non sit mirum, si 'ablativi' saepe ponantur sensu locativo, atque nominum urbium, quae sunt 'pluralia tantum', ablativi usurpantur locative semper praepositione omissa. Conf. 'Athenis' Mil. 99, 122, 127, alibi, 'Thebis' Epid. 104, alibi, 'Delphis' Ps. 480. Nomina urbium autem si exceperis, ablativus pluralis nilo frequentius locative usurpatur quam singularis praeter unam vocem 'foris', quae redit ad 'ablativum' primae declinationis. Hanc enim formam habere vim locativam, sexcentis confirmatur exemplis, velut As. 576, Eun. 934. Inquirendum potius est, num iam in prisca Latinitate vim habeat ablativi loci. Spectant huc

exempla haec (π): As. 319 ne quaeram foris; Aul. 358 ne quaeras foris; Bach. 648 ut domo sumeret neu foris quaereret; Cist. 203 ni foris quaeram; Mil. 347 nec rogo utendos foris (sc. oculos); ita AB, CD 'foras'; 638 ne quaeras foris; Most. 405 hasce ego aedis occludam hinc foris. — Uno in exemplo ultimo loco allato ablativum agnoscere cogimur indicantem, quo e loco quis agat. Itaque in ceteris res est dubia. Iam praeter formam 'foris' atque ablativos nominum urbium et vocabuli 'locus', de quo separatim sum dicturus, hi sunt, quibus vis vere locativa inesse videtur. Conf. Ruge l. s., qui multa omisit.

Ad. 613 pectore consistere nil consili quit; ita Dziatzko, Umpfenb. 'pectore nihil sistere consili quit'; 'consistere' BE, 'sistere' A, quo loco sit in codd. 'nihil', ex Umpfenbachi editione non perspicio; Fleckeis. metri gratia ut videtur: 'pectorí consístere — nil cónsilí quit'. Sed ablativus servandus erit. Caec. Stat. 219 (Non. 392, 2) ager autem stet sentibus; Tit. 144 (Non. 391) fundi stabunt sentibus; Enn. ann. 198 (Porph. Hor. od. I 9, 1) stant pulvere campi. Dictum est 'fundi stabunt sentibus' ex imaginis rei inversione pro 'stabunt sentes fundis', quod rei ipsi congruit conf. pg. 37. — Luc. 148 (Non. 392, 2) interea stat sentibus pectus (Non. stare = plenum esse); Luc. 602 (Non. 391, 24) hic stare papillas pectore marmoreo. — Trag. Acc. 53 tum autem Aegisthus si med eodem lecto comitasset patri; ita Ribb.; Non. 85, 14 'comitasset' pro 'cobuisset'; codd. ω 'me esse' pro 'med', 'me ex' Buechel., 'me' Grotius, 'leto' Grotius, Palm. Velim cum Grotio: tum autem Aegisthus si me eodem leto comitasset patri (wenn mich Ägisthus zusammen mit meinem Vater in den Tod geschickt hätte); Acc. 537 (Non. 318, 5) ubi habet? urbe agrone?; ita Ribb., codd. ω 'turbe', praeterea B 'agone'. — Carm. Marc. 2 (Baehr. Liv. XXV 12) ne te Argivigenae campo cogant Diomedis conseruisse manus; 'cogant in campo' vulgo, 'in' delevit Ribb. — Enn. ann. 199 (Prisc. I 480 H) densantur campis horrentia tela virorum; 338 (Paul. 53) succincti gladiis media regione cracentes, (verbum desideratur); 491 (Varro VII 21) decem coclites qua montibus summis Ripaeis sedere; Enn. Epich. 499 (Cic. acad. pr. II 16, 52) nam videbar somniare me lecto esse emortuom, ita Baehrens; 'me et ego' codd., 'memet' Ernestius, 'ego med esse' Scal., 'med ego'

Manut.; Luc. 56 (Cic. orat. 44, 149) quam lepide λέξεις compostae ut tesserulae omnes arte pavimento atque emblemate vermiculato; Luc. 109 (Porph. Hor. sat. I 3, 56) (nam mel regionibus illis) incrustatus calix . . . habetur. Ita Baehr., verbum sequitur: 'habetur', quod Baehr. non ad verba ab ipso semicirculis inclusa intellexisse videtur. Luc. Mueller (III 26): nam mel regionibus illis, incrustatus calix, rutai caulis habetur. Codd. 'rutia' vel 'rucia' vel 'rutai'. Accipio ita: mel r. illis (dat.) est. — Luc. 278 (Prisc. I 115 H) intus modo stet rectus foris subteminis panus; quod interpretatur L. Mueller in commentario (ad IX 28): 'foris' i. e. in foris, foras telae dicit. Baehr. distinxit post 'rectus'. — Luc. 363 dum miles Hibera Terrast atque meret, (Non. 344, 27; codd. 'terras ac'); Luc. 505 (Non. 394, 28) codd.: cum stadio in gymnasio in duplici corpus siccassem pila; Baehr.: gymnasio cum st. in dupl. c. s. p.; L. Mueller (XXVI 94): cum stadio in gymnasii duplici c. s. p. Licet scribere: cum in gymnasio stadio in duplici c. s. p. — Val. Aedit. 1 (Gell. XIX 9, 11) verba labris obeunt; codd.: membra (unus 'verba') labris abeunt. Hertzius et Baehr. ut indicavi. Potest autem esse dativus. — CJL I 195 rem navebos marid consol primos ceset.

In codicibus praepositio 'in' deest, sed ab editoribus inserta: Poen. 783 vae vostrae aetati —, Id quidem ⟨in⟩ mundost tuae; (P; A deest). — Poen. 1047 quid mi ⟨in⟩ hac re facere deceat; Rud. 1109 cistellam isti inesse oportet eandem ⟨in⟩ isto vidulo; ita B, AC desunt, D: 'in isto'; Stich. 432 si ⟨in⟩ te pudor adsit; deest praepositio in A; habent ceteri; Nov. 67 (Non. 455, 14) nec unquam vidit rostrum ⟨in⟩ tragoedia tantum Titi theatrum; Trin. 1029 potius ⟨in⟩ maiore honore hic essent quam mores mali; ita P, A deest; Luc. 639 (Non. 315, 29) habeasque ⟨in⟩ animo mi admodum causam gravem. Addidit 'in' Lachmann, quem secutus est Baehr.; L. Mueller: habeas quoque animo (XXIX 19); Porc. Lic. (Baehr. p. 278) mortuost Stymphali Arcadiae in oppido. Traditum est (apud Suetonium in vit. Ter.) 'mortuus est in falo, Arcadiae oppido'; corr. Roth et Ritsch., qui dicit praepositionem tolerari posse, necessariam dici praeter veritatem; CJL I 200, 75 quei eorum ⟨in⟩ amicitiam populi Romani manserunt; Cat. RR 70 (12) si ⟨in⟩ uno duobusve dubitavit;

conf. Keili comm. pg. 147,8. — Traditus est ablativus pro locativo: Epid. 171 hanc quae domost filiam prognatam; ita A, P recte 'domist'; Stich. 192 ni vere perierit si cenassit domo; ita P, A 'domi'.

De ablativis 'loco, locis' (πε). — Temporis notio subest: Eun. 782 illuc est sapere ut hosce instruxit ipsus sibi cavet loco; Cat. Jord. 77 (1) (Plin. nat. hist. XXIX 7, 14): dicam de istis Graecis suo loco. — Vim instrumentalem inveneris: Luc. 144 si tam corpus loco validum ac regione maneret; Orat. P. C. Scip. (Gell. II, 20) in his regionibus excelsissimo locorum murum statuere aiebat; Cat. RR 30 (18) iubeto suo quidquid loco condi. — Pro ablativis partim qualitatis partim absolutis (quorum uterque redit ad instrumentalem comitativum) habere licet: Most. 254 suon quicque locost?; Ad. 343 peiore res loco non potis est esse quam in quo nunc sitast; Volcat. Sed. Baehr. 279 (10) (Gell. XV 24) nono loco esse facile facio Ennium; Cat. Jord. 37 (18) (Fronton. ep. I 1, 109) videsis quo loco res publica siet; Cat. RR 11 (5) (praedium sit) loco salubri, conf. paulo ante: ne calamitosum sit, solo bono; 11 (15) instrumenti ne magni siet, loco bono siet; 11 (19) de omnibus agris optumoque loco iugera agri centum, vinea est prima, secundo loco hortus insignis, tertio — quarto — quinto —sexto — septimo — octavo — nono; 16 (9) agrum quibus locis conseras, sic observari oportet; sim. 3 (9), 3 (11); 3 (12) salicta locis aquosis; sim. 18 (20) salicta locis aquosis, umectis, umbrosis, propter amnis ibi seri oportet; 23 (11) loco salubri bono domino haec quae supra posita sunt, loco pestilenti pars quarta preti accedat; conf. 59 (19); 34 (8) quam minime herbosis locis serito. Fortasse huc etiam referre licet Enn. ann. 255, ubi habemus (Fest. 325): quo res sapsa loco sese ostentatque iubetque. (Ablativum quo indicetur quo e loco quid agatur, agnoscere non audeo, quia alia exempla, in quibus ablativus nominis praepositione omissa ita usurparetur, non inveni.) — Vis est locativa: Amph. 568 homo idem duobus locis ut simul sit; Rud. 907 qui salsis locis incolit pisculentis;[1]) CJL I 1341 loco privato de sua pecunia

[1]) Cave pro dativo habeas, nusquam enim apud Plautum dativus est positus pro 'in' cum ablativo, qui penderet ex verbo copulato parti-

faciendum curavit; Corn. Sis. 76 (Non. 159) iumenta pecuda locis compluribus trepidare; ibid. 99 (Non. 522) si res melioribus locis constitisset. — Dubia sunt: Plautus in Caeco: nil quicquam factumst nisi fabre, nec quicquamst positum sine loco. Ita Charis. 199, 31 nisi quod 'luco'; Leo suspicatur 'nisi loco'. — Acc. trag. 54 (Non. 315, 10) sed ubi ad finem ventumst quo illum fors exspectabat loco. Ita Ribb., codd. ω 'in quo'. Suspiceris: sed ubi a. f. ventumst in quo fors exspectabat loco Illum. Luc. 504 (Non. 498, 8) sibi misereantur sei ipsi vide, causa illorum ut superiore conlocavit se loco. Ita Baehr., codd. 'ne illorum causa superiore loco conlocavit', praeterea: 'miserantur', 'si' pro 'sibi'; Luc. Mueller XXVI 96: si misereantur se ipsi vide, causam illorum superiore conlocavit ne loco. Quid significent, non intelligo. Cat. RR 84 (22) locum subigere oportet bene qui habeat umorem aut loco crasso; Keil: 'locum crassum', sed dubito an recte. — Ablativus 'loco' fortasse est subintelligendus in his exemplis (γε): Ter. Hec. didasc. tertio sc. acta; Eun. 530 non hercle veniam tertio; Cat. RR 64 (23) ita postremo arato; Coel. Antip. 59 (Gell. X 1, 3) tertio et quarto consul; Cl. Quadr. 82 (ibid.) septimo consul. In dialogis saepissime 'postremo' ita est, ut hac formula transeatur ad argumentum ultimo loco afferendum: As. 49, 238, Aul. 657, Bach. 569, 615, Capt. 893, Cas. 376, 609, Cist. 483, 532, 706; Epid. 591, 708, Merc. 558, Mil. 1208, Most. 198, 882, Poen. 230, Stich. 53, Trin. 613, 662, 1160, Truc. 74, 156, fragm. 109; Andr. 521, Heaut. 113, 865, Eun. 196, 252, 521, Phorm. 301, 421, Hec. 511, Ad. 52, 123, 150, 347, 428, 952, 967, 977; Caec. Stat. 204 (Cic. nat. deor. III 29, 72); Trag. Acc. 70 (Non. 470, 11); — Atell. Nov. 3 (Non. 500, 28): licetne leno duo verbis? — Etiam primo est postremo. — Sunt omnia de tempore. — Enn. ann. 194, 8 (Gell. XII 4, 1) tutoque locaret sc. bona et mala dicta (est abl. instrumenti). — Sed de loco: Most. 738 quaene subducta erat tuto in terra?; Hec. 620 postremo nos iam fabulae sumus (Plautus eodem sensu: Cist. 787 postrema in comoedia.)

---

cula 'in'; conf. Ulrich. l. s.; sed dativus est Enn. ann. 55 (Cic. de div. I 48, 107) praepetibus sese pulcrisque locis dant, et CJL I 34 is ⟨loc⟩eis mandatus, si recte ita legitur.

Fleckeis. apud Terentium 'fabula'. — Dubia sunt: Mil. 969 sed quis east? — Senis huius uxor Periplecomeni — † proxumo; Brix: 'in proximo'; atque quin praepositio 'in' vel 'e' sit addenda non est dubium. Trag. Acc. 508 (Non. 213, 3) atque hanc postremo solis usuram cape. Ita Ribb. libros secutus. Bergk 'postremam', recte ut credo, conf. Merc. 831, Andr. 322. — Nil probari apparet exemplis velut Merc. 729 manufesto teneo in noxia — Qua noxia? Abraham stud. Pl. 185 vult 'qua in', conf. tamen: Cas. 317 quicum litigas Olympio? — Cum eadem qua tu semper; Mil. 607 aut hinc aut ab laeva aut dextera; Most. 673 non in loco emit perbono? — Immo in optumo; ita A; P 'in opt.'

Recte dicatur longe plurimis istorum quae attuli exemplorum nil effici ut demonstretur ablativum locativo sensu adhibitum esse, quoniam partim habeant vim instrumentalem, partim sint de tempore, partim denique corrupta. Tamen etiam illis expeditis quaedam restant atque negari nequit, aliquotiens in prisca Latinitate ablativum positum esse sensu plane locativo, quamquam rarius quam posteriore aetate, praecipue a poetis. Quid de his iudicabimus? Dixerit aliquis, cum in multis vis instrumentalis sive comitativa mixta fuerit cum locativa, factum esse ut denique ablativus interdum prorsus locative usurparetur, et ipse adhuc id egi, ut quantum possem, omnia ad illum fontem reducerem. Sed dubitaveris an meo iure id fecerim, neque obstent quae refutari nequeant. Quaestio igitur est haec: Sintne haec prima fere vestigia ablativi locative positi an iam aliquanto ante aetatem, cuius sunt monumenta vetustissima nobis servata, a Romanis crebrius ita sit adhibitus ablativus.

Hoc qui defendat, argumento utatur primo loco, quod adhiberi soleat locative 'in' cum ablativo. Sed hac re nihil probari duco. Nam cum adhibetur 'in' cum ablativo velut in enuntiatione: 'virgo et meretrix ambae una in domo', sane 'una in domo' est locativus, sed inter praepositionem ipsam atque ablativum altera est ratio, eaque comitativa. Quod si quis reiciat, concedere cogetur accusativo quoque aliquando Romanos usos esse sensu locativo et instrumentali, conf. accusativos qui pendent ex praepositionibus 'apud, inter, per'. Etenim quando dicitur: 'est apud forum, versatur inter hostes, vecti sumus per vias

caeruleas', 'apud forum', 'inter hostes', 'per v. c.' certe sunt locativi aut instrumentales loci, nihilominus accusativos nudos ita esse usurpatos vix quisquam contendet (praeter Bellium). Secundo loco dicatur ablativos plurales nominum urbium praepositione carere omnibus locis, tertio de tempore saepius etsi rarius quam postea in prisca Latinitate inveniri ablativum, idque a locis esse translatum, postremo aliquot ablativos locative positos inveniri.

At quid illud demonstrare conetur, afferat primo, ista exempla esse perpauca, deinde in nominibus, quae saepius praepositione non addita adhibeantur, accurate inter formam locativi et ablativi singularis distingui solere, postremo ne unum quidem in prisca Latinitate inveniri certum exemplum, ubi ablativus pendeat ex verbo iuncto praepositione 'in', eoque demonstrari ablativum atque praepositionem 'in', cum sensus sit locativus, artissime esse coniuncta.[1]) Quo argumento mihi quidem omnia superari videntur, itaque temptandum, nonne quae obstent dilui possint. Atque nominibus urbium pluralibus praepositionem non addi ex analogia numeri singularis apparet; in ablativis autem 'temporis' licet etiam agnoscere vim comitativam, et qui id negaverit, certe Romanos hac via processisse, ut ablativos primum ponerent locative de loco vero, atque deinde transferrent ad tempus, demonstrare non poterit. Sed ut concedimus Latini sermonis indolem eo inclinavisse, ut ablativus etiam locative usurparetur, ita iure contendimus hoc in iis quae sunt de tempore, eo facilius pervaluisse, quod in illis vis locativa minus sentiretur. Itaque rem hanc fere esse putaverim. Olim in lingua Latina, ut indicaretur, ubi quid esset vel fieret, adhibebatur vulgo casus locativus, qui in numero plurali et maiorem partem etiam in singulari tertii ordinis eadem erat forma atque ablativus sive instrumentalis. Eodem fere sensu quo locativus adhibebatur 'in' quoque cum instrumentali. Tum quoniam plerumque forma non differebant ablativus atque locativus, magis magisque ad vim locativam significandam usurpabatur 'in' cum instrumentali, neque

---

[1]) con-: Ad. 666 illa consuevit prior; ita A, rell. 'cum illa'; grammatici veteres partim faciunt cum A, partim (ut Donatus) tradunt 'cum illa', partim 'illam'. Umpf. et Dziatzko: 'qui illa cons., Fleckeis.: qui cum ea cons. Mil. 51 communicabo semper te mensa mea.

vero in vocabulis quibusdam usitatis. In illis autem quod attinet ad numerum singularem, in primo et altero ordine ab initio forma diversi erant locativus et ablativus, et in tertio ordine Romani exitum -i etiam ad stirpes quae consonante finiuntur, transtulerunt, cum sensus ėrat locativus. Ceterorum nominum locativus evanescebat, eiusque vicibus fungebatur 'in' cum instrumentali. Sed quia vis locativa saepissime mixta erat instrumentali et comitativa, adeo ut interdum utra superet, non dignoscatur, paulatim eo res rediit, ut raro ablativus adhiberetur etiam plane locative, imprimis a poetis, qui stilum sublimiorem sectarentur; in quo ipso tamen tenendum est, fortasse in quibusdam nobis vim videri locativam, ubi Romani senserint instrumentalem velut in verbis standi et sedendi. Istis rationibus ductus dicere non dubito ante aetatem de qua nobis agitur, certe non saepius, fortasse rarius ablativum esse usurpatum sensu locativo quam in priscae Latinitatis monumentis. Ex iisdem rationibus vero ad ablativum praepositionem addendam duco, ubicumque id aliquantum traditione fulcitur. Desidero igitur in editionibus praepositionem Carm. Marc. 2, Luc. 505, Acc. 537 (lege: ubi hábet in úrbe agrone), Acc. 54; atque ita explicari aut emendari velim, ut ablativus sensu locativo vitetur Luc. 109, Acc. 53, Enn. Epich. 499, Luc. 278, Pl. Caec. Conf. de quaestione Keller. l. s. 341 sqq.

De ablativo qui significat quo quid moveatur iam disputavimus. Recte sunt emendata: Mil. 1009 foras sum egressus ('fori sum egr.' B); Mil. 1215 egreditur foras ('foris' CD); 1268 eduxi foras ('eduxit foris' B). Ablativus casus enim pro accusativo loci non est nisi in quibusdam 'adverbiis' atque locutionibus.

Etiam pauca restant adverbia, quae habent formam ablativi, quorum tamen usus non ex vi ipsa ablativo propria est explicandus. De iis infra disseram.

C. De casu accusativo et adverbiis quae eius sunt loco.

De forma accusativi nominum nil memorabile. Adverbium ne unum quidem certo ad accusativi formam refertur, quamquam cum verisimilitudine 'huc, istuc, illuc', et fortasse etiam 'hoc, istoc, illoc'. Vim habent accusativi loci, quamquam a forma ablativi sunt profecta, adverbia eo, isto, illo, quo, intro, retro,

similia. Praeterea eodem sensu atque accusativi loci adhibentur adverbia, quorum pars posterior efficitur particula -versus, praeter exadversum. Pars prior aut est adverbium profectum ab ablativo, aut praepositio. His adverbiis saepe indicari, quorsum inde ab aliquo loco quid sit, iam diximus, exemplaque attulimus, pg. 18. Hic addere libet 'poneversus' hanc vim habere omnibus quibus obvenit locis.

Neque ullo lôco accusativus vim habet ablativi aut locativi, neque quisquam id contendit praeter Bellium, qui exempla attulit haec: Aul. 266 credo ego illum iam audivisse mi esse thensaurum domum; ita JFZ, ceteri 'donum'. Error est librarii. Men. 471 parasito excluso foras; 668; As. 659; vide de his pg. 15; Stich. 66 iam ego domum adero, vide pg. 17; Enn. trag. 219 quae Corinthum arcem altam habebis, matronae. Appositive additum est 'Corinthum' ad 'arcem'. Mil. 40 triginta Sardeis, sexaginta Macedones sunt omnes tu quos occidisti uno die. Plerique editores 'Sardeis' pro nominativo habent, Leo scripsit 'Sardos', attractionem inversam ut videtur agnoscens. Sententiam suam confirmare studet Bell exemplis in quibus accusativus cum praepositione vim habet locativam dicens: „Monendum est, vim locativam non in praepositionibus, sed in terminationibus sitam esse, quae vis principio per praepositiones clarior et subtilior reddita, postea vero in praepositiones ipsas translata est". — Sane mirum est, qui fieri potuerit, ut praepositio velut 'apud' cum accusativo vim habeat locativam, et equidem id me nescire profiteor; immo Bellio si sententiam suam probare volebat, demonstrandum fuit, etiam certa exempla inveniri, ubi accusativus nudus istam haberet vim. Exemplis vero ab eo prolatis id non effici mecum consentiunt, qui de eius disputatione iudicaverunt; atque alia non inveni. — Neque magis exemplum exstat, in quo accusativus vim habeat ablativi.

D. De adverbiis quae neque vi neque forma ad certum casum apte referuntur.

Referemus huc etiam ea quae aliqua de causa a ceteris videntur seiungenda; neque silentio praetermittenda videbantur illa adverbia quorum pars prior est praepositio.

1. Substantivi casu aliquo et praepositione efficiuntur:

Obviam. Iungitur fere cum verbis movendi, velut obviam venire, ire; Mil. 896. Cum aliis occurrit (π): Aul. 345 si nil obviamst; Bach. 667 obviam mihist; Capt. 521 nec sycoptantiis nec fucis ullum mantelum obviamst; Cas. 969 uxor obviamst; 968 nam illac lumbifragium obviamst; Mil. 898 opportune obviam es; Poen. 136 si obviamst verbum vetus; 807 in comitio estote obviam; Stich. 287 si rex obstabit obviam; 524 si nullast aegritudo obviam. -- Amph. 985 obviam obsistat; Capt. 791 mi obsistent obviam; Cas. 619 obviam eveniant; Andr. 532 eccum ipsum obviam; 590 opportune hic fit mi obviam; Phorm. 617 fit forte obviam mihi Phormio; Eun. 328 is fit mi obviam; Ad. 322 te optulisti mi obviam; Trag. Enn. 384 (Serv. Aen. II 12) morti occumbant obviam; Acc. 264 (Fest. 265) utcunque obviam fuerat; Cat. Jord. 34 (10) (Charis. II 187 P 209 K) obviam inde mihi fiunt. — intervias (π): Aul. 379 deinde egomet mecum cogitare intervias occepi; Poen. 1162 at ne intervias praeterbitamus; Eun. 629 dum rus eo, coepi egomet mecum intervias cogitare; Pall. Turp. 196 (Non 538, 8) me miseram quid agam, intervias epistula excidit mihi. — sublimen (π), conf. Ritschl. op. II 462 sq.: As. 867 quin tu illum iubes ancillas rapere sublimen domum; ita Leo et editio maior; codd. et editio minor 'sublimem'; Men. 992 facite illic homo iam in medicinam ablatus sublimen siet; A deest, B -n, CD -em; 995 iam sublimen raptum oportuit; -em D, -en BC; 1002 erum meum indignissume nescioqui sublimen ferunt; -em D_2; 1052 homines qui ferebant te sublimen quattuor; -em CD, -en B; Mil. 1394 rapite sublimen foras; A non exstat, -em CD, sublim̄ B; — Ad. 316 sublimen medium arriperem; codd. cum A -em, sed -en cod. Mai et Donati ed. princ. in lemmate; Trag. Enn. 302 (Fest. 206, Cic. nat. deor. II 2, 4) aspice hoc sublimen candens, quem invocant omnes Iovem. Ita Ribb., 'sublimen' Verr. Flaccus ut videtur, Apulei Benedictinus, 'sub lumine' Apulei manuscripti Voss., 'sublime' Festi codex, Apul. Flor., Probus, Ciceronis codd. Scribendum censeo 'sublime', quia 'sublimen' ceteris locis non habet vim locativam. — coram. Uti eo solent sensu locativo velut Ad. 269 vereor coram in os te laudare; Trin. 580, Phorm.

914, Ad. 607, CJL I 199, 2; Merc. 278 ipsi facito ut coram tradas in manum. — Sed vim habet accusativi loci (π): Andr. 900 illum huc coram adducam; Eun. 794 ante oculos coram adducti; Ad. 484 coram ipsum cedo; CJL I 199, 4 coram Romam venire iouserunt. — Verisimile est latere in hoc vocabulo praepositionem 'co(m)' et casum aliquem fictum a stirpe 'or- (os)'. Linds. pg. 581. — cominus, eminus Linds. 554. Occurrunt (π): Corn. Sis. Mil. 1 (Char. II 175 P 194 K) nisi cominus excidisset (locative); — Naev. pall. 34 (Non. 462, 32) audiebam hoc mi eminus ('hoc mi ennius' codd.); Coel. Antip. 44 (Non. 89) ipse regis eminus equo ferit pectus advorsum; Corn. Sis. 21 (Non. 555) sparis ac lanceis eminus peterent hostes. — Dicitur quo e loco quis agat. — ilico (= insloco Linds. pg. 564) conf. Langen symb. 157. Plerumque de tempore usurpatur, et eum sensum etiam agnosco in his: Bach. 1140 ilíco ambae manete; Pall. Caec. Stat. 118 (Non. 325, 11) manete ilico; Cas. 959 sta ilico amator; Curc. 687, Merc. 866, 872, Most. 885, 887, Poen. 486, Stich. 90, Trin. 627, 1059, Phorm. 194; Merc. 912 isti asta ilico; Most. 1064 ilico intra limen isti astate; Rud. 836 illic astate ilico; Stich. 726 multam hic retinebo ilico; Enn. trag. 303 (Cic. Tusc. III 12, 26) nolite hospites ad me adire: ilico isti. Verbum desideratur. Mil. 1030 tandem ades † ilico. Leo 'remeligo'. — Sed de vi loci non est dubitandum (π): Bach. 3 (Leo 24) qui ilico errat intra muros civicos. Suspicatur Leo '⟨hic⟩ ilico'. Rud. 328 ilico hic opperiar; 878 ibidem ilico manete; Phorm. 88 exadvorsum ilico tonstrina erat quaedam; Ad. 156 nunciam ilico hic consiste; Trag. Acc. 374 (Non. 325, 7) ilico inquam habitato Iovis quam propitius; Rothe 'illic', Ribbeck: fortasse 'illi ilico'; Pall. Turp. 105 (Non. 325, 3) sed quam longe est? — Eccum isti ilico; Naev. 44 (Baehr., Non. 325, 5) se primum decimum annum ilico sedere; Cass. Hem. 9 (Non. 325) et tum quo irent nesciebant, ilico manserunt. His persuadetur ilico manerent. Pars ilico manent; Rud. 266 sed unde vos ire dicam obsecro tam maestiter vestitas? — Ilico hinc imus haud longule ex hoc loco. — Fortasse veteres 'ilico' non adhibuerunt de loco nisi una cum alio adverbio loci, suspicari enim licet locos Naev. 44, Bach. 3, Acc. 374, Cass. Hem. 9 non integros esse. Uno loco Rud. 266 'ilico' est pro ablativo;

Langen ibi censuit positum esse de tempore, sed de tempore non quaeritur, et verborum abundantiam non est cur apud Plautum miremur. Explicatur usus eo quod adverbio 'ilico' praecipue premitur, nullum spatium esse inter duas res. Oppositum est 'longe'.

2. Adverbia quae efficiuntur praepositione et adverbio ipso sunt haec:

Exadvorsum (π): Bach. 835 video exadvorsum Pistoclerum et Bachidem; Phorm. 87 exadvorsum ei loco tonstrina erat quaedam, 'ei loco' codd. fere praeter A; 97 ea sita erat exadvorsum; Ad. 584 est pistrilla ei exadvorsum fabrica; Cat. RR 24 (26) alteris vasis exadversum P XX (sunto). Adhibetur ergo locative. — Eodem sensu semel invenitur advorsum: Mil. 169 estne advorsum hic qui advenit, Palaestrio? (quamquam trahere liceat etiam ad 'advenit'.) — inibi (π): Pers. 125 marsuppium habet, inibi paullum praesidi; Cat. RR 24 (23) prelum longum P XXV, inibi lingulam P | | S (facito); 25 (4) fundamenta facito alta P V, inibi lapides silices. — interibi (π): CJL I 196, 20 neve inter ibei (in sacris) virei plous duobus mulieres plous tribus arfuisse velent. — insuper (π): Locative: CJL I 577 I 18 insuper simas pictas ferro figito; Cat. RR 25 (14) insuper imponito; (20) quae insuper stant; 85 (27) alteram cutem insuper ponito; Cass. Hem. 37 (Plin. Nat. hist. XIII 84) in eo lapide insuper libros insitos fuisse; fortasse etiam: Enn. ann. 290 (Macr. VI, 1, 24) concidit et sonitum simul insuper arma dedere; Cat. RR 86 (1) ubi iam omnes composueris, sale insuper obrue. — Res dubia est: Cat. RR 38 (10) insuper obtegito; 38 (11) insuper alligato; 50 (24) pruna insuper et circum operito. — Vis est accusativi loci: 61 (5), (16) terram insuper inicito; 84 (13) ferrum insuper iactato. — Non recte igitur dicit Hamp (arch. lex. L. V 354) 'insuper' omnibus locis habere vim locativam. — adeo: Sensus loci iam evanuit Heaut. 976 adeon rem redisse, alibi. Sed vis est vere localis (π): Cat. RR 38 (6) librum ad librum vorsum facito, artito usque adeo quo praeacueris (ubi 'quo' = 'quousque'.) — quapropter. Haud scio an de loco Enn. frgm.

465 (Gell. IV, 7) qua propter Hannibalis copias considerant. — exinde vix de loco dicitur, ne Epid. 49 quidem, conf. Pers. 680, vide Langen. l. s. 159.

3. Alia adverbia quorum pars prior est praepositio atque adverbia quibus ut praepositionibus quoque usi sunt Romani, occurunt haec:

Sublime, sublimiter (π): Trag. Naev. 30 (Non. 6, 17) ⟨alias⟩ alis sublime in altos saltus inlicite ⟨invias⟩; 'sublimen' vel 'sublimem' codd., quod metro non videtur convenire; Trag. Enn. 302 vide supra pg. 70; Acc. 390 (Non. 17, 11) sublime avolans pinnata cauda nostram adulat sanguinem; ita in Ciceronis codd. Tusc. II 10, 23, Non. ω tui mei; Acc. 396 (Cic. nat. deor. II 35, 89) dum quod sublime ventis expulsum rapi saxum aut procellis (credas); Cat. RR 48 (19) sublimiter legi teri darique oportet; (23) uterque sublimiter stent; 49 (1) sublimiter terat; (2) qui dabit sublimiter stet. — In istis adverbiis fortasse potius de modo quam de loco cogitandum est. — protinam (Linds. 557). Adhibetur ut accusativus loci (conf. Langen. symb.) Curc. 363 exinde me ilico protinam dedi; Bach. 374; Phorm. 190; Pall. Naev. 35 (Non. 376, 12). — protinus (Linds. 554). Plerumque de tempore, etiam Mil. 1192, Ps. 588, Tog. Afran. 107 (Non. 376, 6 protenis). — Sed de loco (π): Corn. Sis. 6 (Non. 376) nocte consumpta postero die per incertas vias Aeserniam, deinde Romam protinus fugerant; id. 51 (ibid.) ut protinus procedundo posset intra fines Aesculapiorum pervenire; id. 56 (Non. 471) protinus agros populabundus ad Nuceriam se convertit; Orat. Scip. Afric. Mai. (pg. 6), (Gell. IV, 18) relinquamus nebulonem hunc, eamus hinc protinus Jovi optimo maximo gratulatum. — procul (π). Adhibetur a) sensu locativo: Capt. 788 procul quem video; Curc. 165 procul abesse; 261 procul sedere longe a me; Most. 666 etsi procul abest; Rud. 450 quid video procul in litore; Ad. 348 a me culpam esse hanc procul; 438 quam video procul; Trag. Acc. 675 (Varro LL VII 83) iamque auroram rutilare procul cerno; Tog. Afran. 242 (Festus 334 M) scias abesse ab lustris ingenium procul; 400 (Non. 146, 32) procul a nostra sit malum; Corn. Sis. 58 (Non. 773) multi-

tudinem procul hostium constare viderunt; b) sensu accusativi loci: Capt. 218 secede huc procul; 551 ab istoc procul recedas; Mil. 356 abs te procul recedam; Most. 716 quo dolo a me dolorem procul pellerem; [Pers. 467 illuc abscede procul e conspectu]; 728 item; Trag. Enn. 161 (Non. 399, 8) ius atque aecum se a malis spernit procul; Tog. Afran. 200 (Non. 270, 6) procul consessero; c) sensu ablativi, sed non nisi ita, ut quo e loco quis agat, indicetur: Capt. 602 istinc loquere si quid vis, procul tamen audiam; Cas. 814 iam oboluit Casinus procul; Mil. 1169 istinc te procul ita volo adsimulare; Most. 429 hinc speculabor procul; Poen. 614 illic sanguinem exsugam procul; 628 illinc procul inspectabimus; Rud. 1021 inspectavi procul; 1148 istinc procul dicito; Truc. 709 procul hinc observabo; Eun. 547 procul hinc lubet sciscitari; 787 ut tu illos procul hinc ex occulto caederes; Hec. 607 sermonem procul hinc stans accepi; Tog. Tit. 124 (Non. 552, 13) quem ⟨ut⟩ procul aspexit; Afran. 265 (Non. 246, 17) hinc auscultavi procul; Luc. 494 (Paul. 311) proeliari sub viti procul; Corn. Sis. 131 (Prisc. VI, 751 P 264 H) procul sibilu significare consul coepit. — Res dubia videtur: As. 390 clamat procul si quem videt ire ad se; Curc. 111 quia vox sonat procul; Men. 228 ex alto procul terram conspiciunt; Poen. 620 qui sequitur procul; Trin. 264 mille modis amor ignorandu's, procul adhibendu's atque abstandu's; Enn. ann. 260 (Macr. VI 5, 10) cum procul aspiciunt hostes accedere. — Adverbio procul (de cuius forma v. Linds. pg. 590) opposita sunt: prope, propter, propinque, propius, proxime (Linds. pg. 591). Inveniuntur (π) a) sensu locativo: Aul. 102 propest; Bach. 773 quis loquitur prope; Mil. 1257 hic prope adest; 994 numquis hic prope adest; Rud. 215 neque prope usquam hic conspicor; 230 quis hic loquitur prope; 623 qui prope hic adestis; 948 quispiam consequitur prope nos; Ps. 60 prope adest exitium mihi; Truc. 208 propest profecta quo sum; Ad. 452 hic prope adesset, 524 quia propest (rus); Cat. RR 11 (6) oppidum prope sit. — Truc. 498 quis loquitur tam propinque; 575 eccam adest propinque; — Ad. 576 ibi angiportum propter est; Cat. RR 76 (6) ubi aqua propter sit; Cat. orig. 71 (Probus Verg. bucol. pg. 4 K) de fluvio qui propter fluit; — CJL I 202 II 40 nomina in pariete proxume ante hanc legem

scripta; Bach. 205 proxume viciniae habitat; ita C, Char., ceteri '-ae viciniae'; Lex Cornel. (Bruns 85, 4) quod in urbe Roma propiusve M passus factum sit; b) cum verbis movendi ita, ut subsit cogitatio transeundi aliquo: Cas. 663 prope ad sese sinit adire; 697 prope accedere; Mil. 1270 si accesserit prope ad te; Most. 446 qui nostras aedis accessit prope; Rud. 708 accedat prope; Truc. 252 prope hasce aedis adgrediri; 258 quid tibi ad has accessio aedis est prope aut pultatio?; Trag. Pac. 310 (Varr. LL VII 6) scrupea saxea Bacchi templa prope adgreditur; Luc. 555 (Non. 288, 28) qui prope ad ostium aspiraverint. — Aul. 442 huc accesseris proprius; Bach. 723 subsequere propius me ad fores; Capt. 604 si adbites propius; Cas. 357 quid si propius attollamus signa eamusque obviam; 577 accedam propius; Men. 857 si propius ad me accesseris; Merc. 708 accedam propius; Most. 461 fuge ad me propius; Poen. 582 adeamus propius; Rud. 788 si accedent propius; 831 me adire ad illas propius; Hec. 316 accede propius; Ad. 309 propius obsecro occedamus; Corn. Sis. 7 (Macr. VI 4, 15) propius succedunt; — Aul. 236 quam ad probos proxume te adiunxeris. — Quo spectent est dubium: Merc. 187 ut prope astitit, 'prore' CD; Ad. 580 sane hac multo propius ibis; Corn. Sis. 82 (Non. 556) pluteos propius conlocatis harpagis deiciunt. Coniecit Peter: 'conlocatos'. — Vim ablativi haec vocabula non habent. — Cas. 687 ex proximo huc attulerunt. — Sed sensu quoque translato haec adverbia usurpantur; quem ad usum transitus paratur locutionibus quales sunt: Aul. 275, 276, Mil. 475, Corn. Sis. 59 (Non. 205) (de modo); Truc. 402 (de tempore); Ad. 307 quod partus instabat prope. — Susque deque. Linds. 593. Occurrit (π): Amph. 885 sq. quae neque sunt facta neque ego in me admisi arguit, atque id me susque deque esse habituram putat; Luc. 79 (Gell. XVI 9, 3) verum haec ludus ibi susque omnia deque fuere, susque ea deque fuere, inquam, omnia ludus iocusque. — Fere de modo. — poste. Haud scio an semel de loco: Enn. ann. 168 (Fest. 356) poste recumbite vestraque pectora pellite remis. Coniecit Fruterius 'pone'. — iuxta. Linds. 585. Occurrit (π): Cl. Quadr. 57 (Gell. II 2, 13) ubi iuxta venit; (conf. contra). — iuxtim (π). Lindsay tacet; equidem habuerim pro accusativo adverbiali nominis iuxtio-. Liv. Andr. 11 (Baehr., Non. 127, 30) Clytemnestra

iuxtim sc. se conlocat. Praecedit: 'in sedes regias'; — pone. Linds. 588 = post -ne. Occurrit (π): Phorm. 862 pone prendit pallio; Enn. ann. 169 (Fest. 356, Paul. 357) pone ferunt, cod. Festi: 'petunt'; Luc. 292 (Non. 552, 31) pone paludatus stabat rorarius velox (L. Mueller X, 9 'pone paludatos', recte ut videtur); Cato Jord. 35 (10) postquam exercitum adduxi pone versus castra hostium. Dicit Charisius (II 191 P 214 K) Catonem scripsisse 'pone versus', sed seiungenda duco (rückwärts gegen das Lager). Poneversus vide pg. 34 sqq. — circum. Linds. 579. Saepe dubium est quatenus adverbium cum verbo in unum coaluerit, ut factum est in verbo circumducendi (= frustrandi). Non arte cum verbo mihi videbatur iunctum his locis (π): Asin. 618 circum sistamus; alter hinc, hinc alter appellemus; ita Leo; 'circumsist.' ed. min; 'circum sist.' BDJ; 742 illac per hortum circum it clam; ita Leo cum libris praeter B, in quo 'circumit'; ed. min. 'circumit'; Fleckeis. 'transit'; Capt. 254 circum moeniti sumus; ita Leo secutus BDJE, ed. min. 'circumm.'; Most. 348 da cantharum circum; Ps. 899 eum circum ire in hunc diem; ita codd.; Trag. Acc. 571 (Non. 463) simul et circum magna echo cachinnat; Cat. RR 41 (19) furcas circum offigito; Corn. Sis. 7 (Macr. VI 4, 15) arbor quae circum proiectis ramis partem loci tegebat. — Aul. 467 occepit ibi scalpurrire circumcirca. — prae (π). J prae: Cist. 773, Curc. 487, Ps. 170, 241; Andr. 171, Eun. 907, At. Nov. 17 (Fest. 364) ⟨i tu⟩ prae, mi nate; cod: 'preminate'; — abi prae: Amph. 542, Phorm. 776, Ad. 166, Eun. 499. — ('Praei' velut Rud. 1335). — secundum. Linds. 591. Occurrit (π): Amph. 551 i tu secundum. Praepositio est: Stich. 453 ite hac secundum vos me (A: vosmet).

4. Varia.

Longe, longule, longinque, longius, longissime. Longe videtur esse ab initio ablativus mensurae, conf. As. 629 ut vestrae fortunae meis praecedunt longe. Atque inde varium huius vocabuli usum facile explicari puto. Significatur enim magno spatio duas res inter se distare, id quod etiamsi non verbis ipsis dicitur, tamen semper latet. Ita fere non invenitur, nisi prope est alterum adverbium loci sive locutio quae eius est loco, eoque differt a particula 'procul'. a) Amph. 322 atque haud

longe abesse oportet, verum hinc longe afuit; Bach. 595 ne tibi hercle haud longest os ab infortunio; Cas. 420 scin tu rus hinc esse ad villam longe quo ducat? — Scio; Curc. 117 quam longe a me abest; 261 procul sedere longe a me Aesculapium; Epid. 404 divortunt mores virgini longe ac lupae; Merc. 894 non longe hinc abest ab nobis; Pers. 151 sed longe ab Athenis esse se gnatam autumet; Rud. 255 haud longe abesse oportet homines hinc; 267 verum longe hinc abest; 1034 porro illic longe usque in campis ultimis; Truc. 657 nam oves illius haud longe absunt a lupis; Eun. 514 rus Sunii ecquod habeam et quam longe a mari; Turp. 105 (Non. 514, 14) sed quam longest; Pomp. 45 (Non. 164, 28; 186, 1) longe ab urbe vilicari; Cael. Antip. 15 (Char. II 182, 203 K) duodeciens C milia passum longe (nil praeterea traditum); Luc. 81 (Char. 203 K) Volturnus Capua longe tria milia passum; — Men. 64 ingressus fluvium rapidum ab urbe haud longule; Heaut. 239 non cogitas hinc longule esse; Eun. 609 perlongest (ubi es); Trag. Enn. 64 longinque ab domo bellum gerentes; — Capt. 611 quid agat si absis longius; Ad. 524 quod si abesset longius; Heaut. 984 non aberit longius; — Capt. 271 quodque a malo longissume (sc. sit). — b) Epid. 579 aliter catuli longe olent, aliter suis; Eun. 335 continuo adcurrit ad me quam longe quidem; Tog. Afran. 178 (Non. 147, 1) non potest quin illa stacta longe quacumque is, olat; — Rud. 265 ilico hinc imus haud longule ex hoc loco. — c) Bach. 422 digitum longe a paedagogo pedem ut efferres domo; Most. 390 fugiat longe ab aedibus; Pers. 217 eo ego hinc haud longe. — Et quidem ego haud longe; Rud. 66 illorum navis longe in altum abscesserat; Eun. 633 longe iam abieram cum sensi; Cat. RR 40 (20) ne nimis longe semina ex seminario ferantur; — Men. 327 proin tu nequo abeas longius ab aedibus; Eun. 663 quo ille abire ignavos possit longius; Heaut. 212 nequo hinc abeas longius; Ad. 881 rogat frater ne abeas longius; Luc. 647 (Non. 372, 22) si longius te producturum et diutius; Acc. 128 (Non. 534, 2) sum progressus longius; Corn. Sis. 41 (Non. 553) longius scorpios catapulta concitos (nil praeterea traditum); — Men. 834 abi istoc quam potest longissume. — d) Cum in iis, quae antecedunt, primo visu adverbium ad locativum, ablativum, accusativum loci rettuleris, ‘ablativum mensurae’ in omnibus

agnoscendum esse elucet ex his: Bach. 1089 solus ego omnis longe antideo; Most. 393 non hoc longe (sc. abite); Most. 911 longe omnium longissumast; Trin. 484 non hercle hoc longe (decedam); Ad. 65 et errat longe mea quidem sententia. — Sensu translato Truc. 171. — 'Per longum spatium': Com. Naev. 16 (Non. 65, 3) multa longe promicanda oratiost. — Fortasse pauca desunt exempla in quibus ablativum esse mensurae statim apparet. Cetera omnia attuli. Quod attinet ad formam 'longius', hic accusativus eandem habet vim atque vulgo ablativus, quam ad rem conf. quae disputavi pg. 37. — usque. Linds. 571, 595. De loco cogitare nusquam in hoc vocabulo necesse mihi videtur, sed augeri vis vocis cui est additum, vel hic, ubi de loco positum esse putaveris: Capt. 296 verum si frugi est, usque admutilabit probe; Mil. 767 miles usque caesariatus; Merc. 857 me usque quaerere illam; Ps. 545 stilis me totum usque ulmeis conscribito; Trin. 943 advecti sumus usque aqua advorsa per amnem; Cat. RR 42 (1) usque radices persequito; ubi praepositionem agnoverunt Linds. pg. 595, Neue II 775. Sed vertas: Verfolge genau die Wurzeln, una enim cum radicibus vineam effodi vult Cato. — usquam (uspiam), nusquam. Linds. 571. Usurpari solent haec adverbia locative. Vim enim locativam etiam his locis agnosco: Merc. 588 nusquam bene queo quiescere; 861 non concedam neque quiescam usquam; Most. 301 nec quicquam argenti locavi iam diu usquam aeque bene; 303 operam melius nusquam potui ponere. — De vi ablativa cogitaveris: Aul. 620 si invenio uspiam; Most. 296 ne usquam argentum te accepisse suspicetur; Poen. 362 neque ego usquam aliam mihi paravi copiam; Rud. 225 neque eam usquam invenio; — Pers. 44 quaesivi, nusquam repperi; Ps. 45 salutem nusquam invenio; 79 argentum nusquam invenio mutuom; 299 nummum nusquam reperire argenti queo; Ad. 540 fratrem nusquam invenio gentium. — Sed cum ista verba etiam locativum adsciscant, res in dubio est relinquenda. Locus in quem quid transit, significatur (π): Capt. 173 vocatus es ad scaenam? Nusquam quod sciam; Cist. 702 hinc huc iit, hinc nusquam abiit; Mil. 453 te nusquam mittam, nisi das firmatam fidem; Ps. 845 si nusquam coctum is; Eun. 281 fortasse tu profectus alio fueras? — Nusquam; Ad. 227 nusquam pedem (proferam); Luc. fragm. 9 (Lact. V 9, 20) iactare indu foro se

omnes, decedere nusquam; — Most. 857 equidem haud usquam a pedibus abscedam tuis; Trin. 313 ne penetrarem me usquam ubi esset damni conciliabulum; Hec. 565 extulisse extra aedis puerum usquam; Ad. 338 an hoc proferendum tibi videtur usquam?; 626 quod minimest opus usquam efferri; Trag. Pac. 341 (Non. 306, 32) aut me occide si illinc usquam probitam gradum, (libri ‘provideam’); Cl. Quadr. 10 (pg. 210, 6, Gell. IX 13, 4) nec recessit usquam donec eum subvertit; Ad. 27 si absis uspiam aut ibi cesses. Ita codd., sed Serv. Aeneid. III 430: si abis’ uspiam, quod recte reicitur. — Fortasse autem adverbium in nonnullis istorum exemplorum sensu translato recte accipitur. Conf. Ad. 248 nusquam abeo (= nullo modo); Aul. 102 nusquam adiit (= nulla in occasione); 480; Men. 780 (= nulla in re); Mil. 721; Luc. 560 (Non. 248, 31). — Amph. 272 nec sidera quoquam se commovent; 276; Truc. 873 dum miles aliquo circumducitur. — Saepius inveniri ‘quoquam’ notum est; uno loco scribitur ‘nequoquam’: Most. 562 (codd. ‘necquoquam’).

Pauca igitur sunt adverbia, quae ut pluribus rationibus indicandis adhiberentur quomodo fieri potuerit, explicare nihil attinebat.

Pars altera, quae restat, propediem edetur in annalibus qui inscribuntur: Indogermanische Forschungen, herausgegeben von Brugmann und Streitberg.